

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Io. Freinsheimii Commentarii in libros svperstites Q. Cvrtii Rvfi

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Lib. 3

urn:nbn:de:bsz:31-103771



SEQVNTVR COMMEN- TARI IN CVRTIVM

IN QVIBVS PRIOR NVMERVS LIBRVM, SECVNDVS CAPVT, NOVISSIMVS VERSICVLVM INDICAT.

AD TITVLVM) Hic statim in ipso limine difficilis incidit quaestio de libris Curtii, in quot nimirum, historiam suam auctor ille tribuerit: praesertim cum magna MScriptorum Codicū sit pugna, nam quem Petrus Daniel habuit, ita praefert, *Q. C. R. de gestis Alex. M. Reg. Mac. liber secundus incipit*: cui consentit & Cl. Puteani liber. Palatinus primus; *fragmentum primi libri incipit*. Iam & ii quos Raderus vidit, mirificas turbas cient, ut videre est apud ipsam prolusionum cap. 3. Sed cum plurimum MScriptorum consensus (inter quos Cl. Faucheti exserte dicit *primum & secundum deesse*) à tertio libro incipiant, quos & editionum pleraeque secutae sunt, nos merito receptam librorum Curtii distributionem retinimus. In his autem notis, tum ea explicabimus, quae lectorem morari posse videbuntur: & si quid singulariter in textu mutatum aut retentum est, eius rei causas enarrabimus: contrariasque sententias aliquando refutabimus, saepius ubi per se aut ex iam dictis error earum apparere potest, taciti praeteribimus, quod cum accidit, non incuria vel ignorantia factum putes, sed iudicio, & hac, quam diximus, de causa. nam omnes omnium observationes, notas, lectiones sollicita cura discussimus, nec ad summam diligentiam quidquam fecimus reliqui, ut hic auctor, quantum possit emendatus atque nativa puritate splendidus prodiret. Quae autem phrasin atque verbatantum respiciunt, ea in Indice quaerenda meminerit, qui in earum explicatione pretium fore existimauerit: quo & propriorum nominum expositionem fere abiegauimus.

3, 1, 1. INTER HÆC) Praecesserunt opinor proxime Memnonis molitiones & obitus, quae Graecis qui supersunt modice delibata, hic forte plenius exposuerit. de Alexandri quidem rebus modo non fuisse dictum, tota loquendi ratio, transitionis manifesta, coarguit. Eodem modo Arrianus; nisi quod is Alexandri gestis in Phrygia pertractatis, Memnonem in secundum librum rejicit.

AD CONDVCENDVM) Namque praesertim etiam secundis atterebantur copiae, deuictarumque gentium militum minor quam domestico fides habebatur. Infra 4, 6, 31. Et necesse quidem erat, tot acies, ut hostium exercitus delessent, ita victoris etiam copias parte aliqua minuisse; ut apud Iulium 23, 12, 4. Mago Carthaginensibus suis inculcat. Scilicet hoc ipsum est quod euenire solet in alieno orbe bellantibus, ut eiusdem Iulii 9, 19, 6. verbo, propter inopiam supplementi *consensescat exercitus*. Sicut vsuuenit Christianis qui terram sanctam Godefrido duce occupauerant: eam enim summa virtute partam, defensamque, quod sensim euanescerent vires, & longe supplementa essent, non multo post tempore relinquere sunt coacti.

CELÆNAS) De hac vrbe, item fluuiō Satyroque Marfya, omnium instar esse potest. Salmasius ille ab initio secundae partis Plinianarum exercitationum ad Solinū

lini cap. 40. pag 831. &c. cuitamen non noceat addere Pausaniam lib.1. Eodem in loco Minerva est Marfyam Silenum cadens, quod tibiae quas ipsa abiecerat, sustulisset. Vbi obiter nota repertorem potius tibiae habitum fuisse Marfyam, quam auctorem & inuentorem. contra Euseb. 2. 2. A. in Edit. Scalig. pag 32. Abiecit autem tibiae Minerva dicitur, quod inflatis buccis deformem vultum redderet. Vnde Ovidius lib. 3. 505. de Arte:

*I procul hinc dixit, non est mihi tibia tanti
Si vidit vultus Pallas in anne suos.*

Quae eadem causa Alcibiadem auertit, ne tibiae inflare disceret, Ergo, inquit, apud Plutarchum in vita cap. 4. canant tibiae Thebanorum filij: nam dicere nesciunt. nobis Atheniensibus (vt à maioribus accepimus) dux Minerva & praefes Apollo est, quorum superior tibiae proiecit, alter excoriat sustulatore. Eleganter id narrat etiam ipsam Palladem introducit Ovidius Fastor. 6. 695. Adscribemus & alium Pausaniae locum ex decimo; Paulo superior saxo insidet Marfyas: prope Olympus: habitus est pueri iam pubescens; tibiae discere videtur. Phryges qui Celenas incolunt, annem qui per oppidum labitur, tibi cinem olim illum fuisse dicunt. Adiens Marfyae inuentum fuisse enim tibiae arum canentem, quem Matroum vocant: eundem vero Marfyam contra Gallos sibi opem tulisse, cum irruentes in Phrygiis, & amnis aquis, & tibiae arum modis exterrisset. Idem in secundo memorat, in templo Suedae apud Sicyonios dedicatas fuisse Marfyae tibiae. Post aduersum enim eius Sileni casum, eas Marfyam annem in Maandrum, deinde in Asopum detulisse: tectas inde in agrum Sicyonium, pastorem quendam sustulisse, & Apollini dedicasse. Vide & Xenophontem à u. 2. 2. & epigrammatum Graecorum lib. 1. cap. 11. & lib. 3. c. 8. *Αισαγγή Σίγειος* &c. &c. qui multa collegit, Dempsterum ad lib. 1. Antiquitatum Rosini, pag. 43.

3. 1. 2. *MEDIA ILLA TEMPESTATE INTERFLUEBAT*

Hactenus editi: media illa tempestate mania interfluebat, quam locutionem, vt paulo insolentiorum stylo historico. cum nec Palatini Codices agnoscerent (quippe nullus eorum habere dicitur vocem mania) non cunctanter recepi emendationem Ioan. Adami Schragii, amici nostri, etiam Gronouio probatam: praesertim cum ipsius Curtii auctoritate firmetur, sic enim mox de Gordio 3. 1. 12. quam Sangarius amnis interfuit, iterum 3. 5. 1. de Tarso: Mediae Cydnus amnis interfuit. Porro ista verba, illa tempestate, ideo inferit, quod dirutae Celena postmodum alia sede propinquo loco instauratae sunt, quae vrbs Apamea dicta est. Salmasium adi.

3. 1. 4. *NYMPHAS*) Ad eiusmodi fabulam respiciunt illa Ouidii Metam. 6. 393. de Marfyae:

*Illum ruricola sylvarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphae sterunt* - - -

Et Epigr. Graec. 3. 8. 2.

*Σεῦ δὲ βοῶν ἀυλοῖο μελίβομοιο ἀκ' ἴτι Νόμφα,
Ὡς πᾶσι δὲ φρυγίοις ἔγχετο πινόμεθα.*

Not autem Nymphae, mellitae tibiae tuae vocem, non vt ante. Phrygiis in montibus audiemus.

3. 1. 5. *LYCUM APPELLANT*) Salmasius citato loco ostendit Curtium in hac descriptione tres amnes confundere; quod enim supra dixerat, diffusus circumiectos rigat campos &c. ad Orgam fluum pertineere: sed & Lycum alium à Marfyae amnem esse.

3. 1. 7. *IN TURRIM PERDVCTVM*) Sicut in rebus bellicis magnae prudentiae habetur, si inopiam atque infirmitatem tuam celes, ita contra quibus fides, ostentanda sunt, ad terrorem atque desperationem hostium, quo consilio apud Tacitum H. 3. 54. 3. duces Flavianae augenda fama non deerant, captos Vitellij exploratores, circumdu-

etiamque ut robor a victoris exercitus noscerent, remittendo, quod antea & Augustus apud Dionem lib. L. & Scipio fecerat apud Livium 30. 29. 2. & Eutrop. sine lib. 3. & antiquiores adhuc Persae apud nostrum 3. 8. 15. Adde Fulg. 3. 7. 24. Quare suos Athenienses laudat Pericles apud Thucydidem 2. 7. 24. quod urbem suam omnibus parere sinant.

3. 1. 8. **SEXAGINTA DIERVM**) Solent saepe se dedere obsessi: ita si intra tantum temporis auxilia ipsis non aduenerint, ut obseruat Gentilis de iure belli 2. 17. ubi plura eius rei exempla. quibus ex Heriberti hist. Polon. 4. 5. hoc potest addi: Caesar Henricus Glogouiam obsidebat, anno 1109. ibi ciues quinque dierum inducias petunt: quibus nisi succursus sibi esset, deditionem promittunt: obsidesque dant primorum civium liberos. Illi tamen, quamquam conditione non existente, pactum & obsides suos insuper habuerunt. Simile est quod refertur 1. Sam. 11. 3. & in historia Iudith cap. 7. in fine. Si autem tractatis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus haec verba quae locuti estis. Adde Iohnston. Rer. Britan. lib. XX. ubi de obsidione Bormii. Contin. Sleidan. ad Ann. MDLXXXIX. de Reinberga, pag. 342. A. Procop. lib. III. Hist. Goth. de Contumeliosis. Bizarum fin. lib. de bello Genuentium Saracenicis, de *Dertusianis*.

DARIVS) Semel monendum in plerisque manuscriptis legi *Dareus*: quam lectionem eruditorum plerique probant. nec tamen altera ideo in vitio est, nisi breuiter pronuncietur media, qui error vulgo in aliis etiam talibus, verbi gratia *Alexandria* obtinet: nam & illius penultima longa est, cum diphthongo enim scribuntur, *Ἀλεξάνδρεια, Δαργί*.

DEDERENT VRBEM) Sebilius amicus meus olim legendum putabat *arcem*, quod iam antecessisset urbem occupatam fuisse. reciperem, si qui eodices assentirentur.

3. 1. 9. **NON HOS MODO SED ETIAM CETEROS GRÆCOS**) Quos *vincit* in Macedonia ad *ergastula* miserat, quod contra communem Graecorum sententiam; Graeci quum essent, in Graecos pro barbaris arma cepissent. Arrianus 1. 5. 29. quem notae cepit, qui communem Graecorum sententiam interpretatus est de eo dicto *Βαγβαζω* *Ἐδνη* *αγγεζω* *ετα* *ος* barbaris Graecos imperare faceret, ex Aristotele Polit. 1. 2. & 3. 4. Demosthene 3. Olynth. & Aeschine Epist. 2. ad Athenienses: de quo pulchre Strabo sine lib. 1. Nam apud Arrianum *τις* *κοινη* *δοξα* *αυτα* *τοις* *Ἐδνοις* nihil aliud signant, quam commune Graecorum decretum de bello Persis inferendo, quod factum est Corinthi in sollempni totius Graeciae concilio, ut cum multis aliis Diod. 17. 4. & ipse Arrianus statim ab initio historiae suae tradidit. Ceterum captivos eos omnes liberauit Alexander infra 4. 8. 12. Arrian. sine lib. 1. De toto hoc loco vide & Plutarch. in apophth. cap. 40. eaque idem Arrianus 3. 5. 7. intelligit, *τις* *δογμα* *τα* *τα* *Ἐδνοις* vocans, quem locum non perceperunt interpretes. *δογμα* est scitum, sententia lege sancita, inde Senatusconsulta semper appellantur *δογματα* apud Graecos Iurisprudentes.

3. 1. 12. **MIDAE REGIAM**) Vide omnino diligentissimi & eruditissimi Reineccii tomum primum, in quo de regno & regibus Phrygum, quae apud alios auctores sparsim extant, ordine digesta reperies.

SANGARIVS) De hoc annis multa collegit Stuckius in periphum Arriani pag. 125.

INTERFLUIT) Assentior Raderi maiori hanc lectionem quam aliam, praeterfuit: cum & mss. auctoritate & testimonio Strabonis iuuetur.

PONTICO ET CILICIO MARI) Precium est subijcere Gordii opidi descriptionem ex Livio 38. 18. 13. *Id haud magnum quidem opidum est, sed plus quam mediterraneum, celebre & frequens emporium. Tria maria pari ferme distantia intervallo habet: Hellspontum, Pontum ad Sinopen [ita legendum existimo] & alterius ora littora, quae Cilicis marium colum, multarumque magnarumque praetera gentium fines coniungit, quarum*
commer-

commercium in eum maxime locum musti vsus contraxere. Tria maria nominat, Curtius duo: bene uterque proposito suo seruiens. quippe Liuius cum celebre emporium dixisset, nihil prætermisit eorum quæ fidem ei dicto facerent, atque ita non omnia tantum maria vicina, sed & gentes aduocauit: Curtio, qui præter situm nihil hic indicaturus erat, sufficit duo ista maria nominare qua ab utroque latere stringentes Asiam, recto fere itinere medium habent hoc opidum, quod utique non ad montem Sipylum, sed in Phrygia collocandum esse contra Heruvarum recte disputat Raderus. Sic de Ancyro dicit Tzetzes 1, 2.

- - - quod media iaceat
Asiam atque Pontici, marium duorum.

Ἀσίαν καὶ τῆς Ποντικῆς τῶν θαλασσῶν τῶν δύο.

3, 1, 13. SPECIEM INSULÆ PRÆBET) Plinius 6, 2. Anisiam liberum à Sinope CXXX. M. passuum. Eiusdemque nominis sinus tantum recessus ut Asiam pene insulam faciat, CC. M. passuum, haud amplius per continentem ad Issicum Cilicia sinum.

3, 1, 14. INTRAT) Si legas intrans, quomodo certe infra 3, 12, 15. pro intrat B. legit intrans, rectius omnia cohæcant; sed quia nullus mss. hic ad stipulari proditur, sine auctoritate nihil, nisi euentissima ratione persuasi, mutabimus. præsertim cum & hæc lectio ferri possit. vide mox ad 3, 6, 1.

VVLGATISQUE VSV) Expedita & plana sententia scripturæ huius, quam ideo retinuimus, quamquam varie varii mutarent, pro vsu, visu, vehiculis, vsibus, curribus reponentes. Est & Rurgerii coniectura, quam non spernas, vulgatiq; vsus.

3, 1, 15. IUGVM) Alii vinculum, quod non damnem: nisi illud potius videatur. nam & Aufonius epist. 23, 48. sic appellat:

Oculus illa iugi fatalis soluere lora
Pellam potuisse ducem reor, abdita opertis
Principis, & utroque caput celantia nodo.

Sed & in præfatione Bissulæ quod est Eidyll. 27. iisdem verbis fatalis iugi lora vocat. Iugum nominauit & Iustinus 11, 7, 4. & sane cum mox vinculi vocabulo vtatur Curtius, verisimile est ad euitandum repetitionis tædium, alio verbo supra uti maluisset: præsertim cum ad ipsius rei accuratam descriptionem significantior sit, quam generalis illa vox vinculi. Arrianus 2, 1, 17. τὸ ζυγὸν τῆς ἀμάξης ἢ δισμὸν iugi quod in curru erat nexum, appellat.

3, 1, 17. ILLA EXPECTATIONE SVSPENSÆ) Alii explicatione sed istud studio prætuli.

QUIPPE SERIES VINCVLORVM) Mire turbant hic libri & interpretes; sed ipsam Curtii scripturam esse, quam exhibemus, haud difficulter consentiet, qui formam orationis eius familiariter habet cognitam. Iuuat infra 3, 5, 14. Inuentum omnibus incusserat curam tam præceptis temeritas eius. Conferantur & variæ Lectiones, quas & ipsas imprimi curauimus.

3, 1, 18. NEQVAVQVAM DIV) Ita malui quam nequidquam recentium editionum, quod libris, & ingenio Alexandri non æque conuenit. Hæ particulae inuicem commutatæ sunt etiam infra 3, 2, 11.

GLADIOQVE RVPPTIS) Si Aristobulo credendum, non elusit, sed soluit & impleuit. Maior auctorum numerus resectum gladio vinculum & elusum oraculum affirmavit. Arrianus in medio relinquit, satisfactum tamen oraculo dicit. Zenobius cent. 4. adag. 46. Κάδαμμα λέγει Νόδιον σόλις: Παροίμια ἐπὶ τῶν

δυσκολότερον λόγους επιχρησάντων. λόγιον γὰρ τοῖς φροῦνι ἐπιπτικῶς ἀπὸ τῆς κομισάσης τῆς Μίδαν ἀμάρτης. εἰς ἐπιλύσεις τῶν δισμῶν, τῶν τῆς Ἀσίας ἀρχῶν. Ἀλλ' ἄλλο δ' ἔλθωσι. Proverbiū de iis qui egre dissoluenda expediunt. Phrygius enim oraculum datum de Mida curru, quo rebebatur, si quis eius vinculum dissolueret, Asia potiturum. Dissoluit autem Alexander Magnus. Idem Diogenianus ἔχ' ἄμμα λόγους. Non soluis nodum. Raderus. Curtii sententia communis est, quæ & in proverbiū abiit, quo præter auctorem Aufonius etiam locis paulo ante citatis vsus est. Vide parceriographos. Aristobulus vero auctor est, Alexandrum exemplo paxillo temonis (erat is clavis ligneus per medium temonem traiectus, cui vinculum adstrictum erat) iugum temoni detraxisse, inquit Arrianus 2, 18. & Plutarchus in vita cap. 28.

3, 1, 19. *UT A TERGO TITIA RELINQUERET*) Inter præcipuas militiæ cautiones hanc quoque obseruarunt peritissimi duces, quorum exempla refert, consiliūque probat Amiratus dissertat. polit. 18, 6. Qua mente Antiochus apud Liuium 35, 13, 5. Pisidas oppugnaturus Antiochum, filium misit in Syriam, ad cassodiam vniuersarum paruum regni, ne quid absente se à tergo moueretur. Idem aduersus Romanos in Europam trajiciens, inimicas vrbes à tergo relinquere nolebat. Liuius 35, 42, 1. Sic Cæsar apud Florum nostrum 4, 12, 36. non nisi ordinatis à tergo omnibus, ad bellum nauigauit. Vespasianus apud Iosephum de bello Iudaico, caput gentis Hierosolymam aggredi tutum non censet, nisi perdomitis à tergo vrbibus. Constantius Augustus apud Marcellin. 17, 33. terrore nullo relicto post terga, venimus in Pannonias. Idem apud eundem 21, 13. rigore instantium negotiorum anceps, quid capesseret, ambigebat: diu multumque anxius vtrum Iulianum peteret & longinqua, an Parthos repelleret iam transiuros, ut minabantur, Euphratem: herensque, tandem cum duobus communicato sepe consilio in id flexus est, ut finito propiore bello, vel certe molliore, nullo post terga relicto quem formidaret, Illyriis percussis & Italia, ut rebatur, Iulianum caperet. Sic apud eundem auctorem 24, 12. Iulianus Maiozamalcha oppidi suscepit obsidium, periculosum fore existimans, si gradiens profusus, à tergo relinqueret quos timeret. Apud Zonaram tom. 2. Fabius & Marcellus Coss. in Campaniam se conuerterunt, ut ea subacta, tandem κατὰ τὴν πολέμου ἀποδείπωσιν, nihil à tergo hostile relinquerent, atque ita demum Hannibalem aggredierentur. Quam belli gerendi rationem qui spernunt, sæpissime quidem in difficultatem commeatuum incidunt, quod & Amiratus monuit: interdum autem & eo procedunt, unde inuito hoste regredi nequeant, ut verbis Liuii 44, 6, 4. vtar: (Vide Richter. Axiom. Hist. CLII.) nec raro à ceteris rebus gerendis alienissimo suo tempore reuocantur. cui rei providens Alexander apud nostrum 8, 5, 1. Indiam & inde Oceanum petiturus, ne quid à tergo, quod destinata impedire posset, moueretur; ex omnibus prouinciis triginta millia iuniorum legi iussit &c. Sic & apud Arrianum 1, 1, 5. statim initio expeditionis suæ Illyrios & Triballos ἔχ' ἰδέσθαι ἀποδείπωσιν, ὅτι μὴ πάντα πεπεισμένους, ἔτι μακρὰν δὲ τῆς ἰσθμίου ἐπιπέδου, nondum perdomitos minime à tergo relinquendos putabat, quum adeo longinquam expeditionem susciperet. Huic tamen regulæ altera non minus celebris è diametro videtur obtare, quæ iubentur imperatores protinus occupare caput hostium. Verum enim hoc ita accipiendum est, si forte hostes incuria vel imperitia sua casum insidiantibus aperiant: vel aliquis hostium imbecillitati viribusque suis ita fidat, ut certam sibi victoriam polliceri audeat. Alioquin enim si res non cesserit, non in præsens modo damnum cum ignominia feret; sed ad reliquas etiam res gerendas impedimentum non vulgare sentiet: cum ex mente Agricola apud Tacitum nostrum 18, 5. nemo fere dubitare soleat, prout prima cesserint, fore vniuersa.

AMPHOTERYM) Vix est ut credam Radero hunc esse, in quem cum fraur

fratre Hecatero comparatum, dictum illud Plutarcho in apophth. relatum Philippus iecerit: *Hecaterum* (h. e. alterutrum) *quidem amphoterum* (notat vtrumque) esse, *Amphoterum autem videretur* (h. e. neutrum) quod nimirum hebes & ignauus esset; frater eius ingenio viuido, & ad res gerendas apto. Præterquam enim quod de nostri Amphoteri fratre nihil quod sciam, legitur; etiam ingenium illud fatuum, quod exprobrat Philippus, in hoc nostro minime repertum fuisse, euident argumentum est, quod Alexander optimus fortium virorum æstimator, inter tot egregios duces hunc idoneum duxerit, cui non minimi momenti negotia committeret: quæ prudentia virtuteque sua haud lægnius iudicio speque Alexandri sustinuit.

3, 1, 20. *AD BELLUM VSVM*) Neruum belli pecuniam esse non ambigitur, qua de re multa multorum pulchre dicta factaque, & quæ ab aliis collecta sunt, indicabimus; & quæ prætermissa, supplebimus Deo propitio ad Tacitum H. 4, 74, 2.

NAVES SOCIIS IMPERATÆ) Sic distinxit atque scripsi, volentibus membranæ. nam editio mscripto Pithæi collata præfert; *imperat eque*, quomodo & Cl. Faucheti Ms. Bongarsianorum alter, *imperat eque*: alter exlerte, *imperate quæ*. de cuius scripturæ sinceritate non fuit quod dubitarem.

3, 1, 21. *MEMNONEM*) Rhodium illum, Darii ducum præstantissimum, quem ob industriam & peritiam rei bellicæ solum verebatur Alexander. Eius res gestas lege apud Diodorum lib. 17. c. 7. & Arrian. 2, 1. & seqq. Hic enim erat qui Lesbum, Chium, Cœum, de quibus modo sermo fuit, receptas Persicis præsidii firmauerat. Breuem vitæ eius epitomen contexit Reineccius tomo tertio, vbi de ducibus Rhodiis agit.

OMNES INTENDERAT CURAS) Modius sine cura *curas* in cruce ablegat, corrigique; *omnes intenderat*: sed omnes codices veteres & recentes, etiam MS. retinent: *omnes intenderat curas*, nec scio cur explodatur, cum non minus Latine ac alterum dicatur. Lilius 37, 36, 9. *omissa in presentia pacis mentione, totam curam in belli apparatus intendis*. Raderus. Vide Indicem, *intendere curas*: vbi pluribus exemplis eam locutionem asserimus.

3, 1, 22. *VENETOS*) Qui Venetorum origines tradunt, variant sententiis, quas ego hic prætereo: Lilius 1, 1, 2. & secundum hunc Strabo lib. 5. circa initium, ac Cornelius Nepos apud Plinium 6, 2. qui omnes stant à Q. Curtio, Henetorum gentem ex Paphlagonia duce Antenore in Italiam profectam, ibi sedes posuisse, & mutata prima litera pro Henetis Venetos appellatos. Homerus & Mandrius Henetos à Leucosyris profectos Troianis suppetatum iuisse tradunt, indeque cum Thracib. auctos sedes posuisse in intimo sinu Adriæ, reliquos qui cum Pylemene erant profecti, resedisse in Cappadocia. Eadem affirmat de Enetis & Venetis cum Lilio Plinius & Solinus, ex Cornelio Nepote. Quare omnino in eam sententiam descendo, illa verba quæ in Curtio sequuntur, non esse ex glossmate adiecta, sed legitima & genuina Curtii, cui subscribunt omnes quos codices vidi, cum MS. quamuis Modius & Palmerius omnia alia arbitrentur. Raderus. Adde Berneggerum ad Iustinum 20, 1, 8, 9. Thuanus histor. lib. 1. cum Strabone lib. 4. p. 134. f. sentit Venetos Adriani maris accolos ortos à Venetis Gallis; Cæsaremque reprehendit, qui horum originem ab istis repetit. Porro si ab *Enetis* deducantur *Venetis*, vox efficta est ad eum modum quo ex *διν* vinum, ex *εγ* ver &c. deducta sunt: idque more antiquitus Græco, vt obseruat Dionysius histor. 1, 20. *Solebant enim, inquit, præci Græci nominibus à vocali incipientibus præponere syllabam vō scripturæ vō charactere. si erat similis T duplici ad rectam lineam duabus obliquis ad aliam, ut Φάρις, Φάραξ, Φοίξ, Φαργ. & multa similia.* Reineccius tamen qui multa de hoc loco studet.

erudite dixit, in regno Paphlagonico, Enetos seu Henetos deducit ab indigena voce *Honati*, quod sit *dijensare*: Venetos à nostro *Wenden* à vertendo, nempe sedes, id est, vagando, ut in vtraque lingua veniant *venads*. Quæ sane notio non spernenda; multoque mihi potior est ea, quam Iornandes de rebus Geticis comminiscitur, cui Heneti dicuntur quasi *divini*, *laudabiles*.

3. 1. 24. *CALAS*) Thessalorum equitum ductor, Harpali filius. Arrian. 1. 5. 7. postea Phrygiæ & Paphlagonum Satrapa. Idem 2. 1. 20. Diodoro 17. 17. est *Kάλας*.

QUI EX MACEDONIA) Supplementum exercitus pedites 1000. equites 650. ut Arrianus 1. 8. 28. numerat: ut Callisthenes, peditum milia V. equites octingenti. Raderus.

Capr.

3. 2. 1. *HAVD SECVS QVAM PAR ERAT*) Nobilissimum enim ducem (sic appellatur infra 3. 13. 14.) amiserat, & quem, ut modo 3. 1. 21. dictum est, solum verebatur Alexander.

OMISSA OMNI ALIA SPE) Bene habet, nec est reponendum *amissæ spe*. sic enim vsurpant hoc verbi principes Latini fori, *omittere tristitiam*, *spem*, *iracundiam*, quamvis discrete Iustinus 11. 12. 5. dicat, *Tum spe pacis amissa*, sed ibi vere legitur *amissa*, quod spem illi pacis Alexander negarat. Raderus. Apud eundem Iustinum 11. 9. 8. narratio est re phrasique Curtianæ non absimilis: *Nec Darii regis opera in ordinanda acie defuit, quippe omissis ducum officiis, ipse omnia circumire &c.*

STATUIT IPSE DECERNERE) Queritur apud studiosos rei bellicæ, vtrum conducatur ut summus imperator ipse in discrimen belli descendat, an per duces suos id administret? Cum enim non *indecorum* modo sit *principibus omittere caput rerum*, unde in *omnia regimen*, ut apud Tac. 3. 47. 3. Tiberius censet; sed & ex eius spiritu tota propemodum salus pendeat, quod voluit Israëlita Reg. 2. 18. 3. interdixit ipsis merito videri posse expeditionibus. Contra cum imperatoris præsentia non militibus modo, sed & ducibus ignaviam & incuriam abstergat; æmulationes ducum haud minimam rebus gerendis moram, sopiat; sanctius disciplinæ vinculum sit; exercitui robur & audaciam, hostibus terrorem adspiret; in hanc omnino distinctionem concludendum videtur, quam Alexandri nostri duces infra 9. 6. 14. proponunt: *Obscura bella, & ignobiles pugnas nobis deposcimus: tenuissimam ad ea serua, qua magnitudinem tuam capiunt.* addo, vel exposcunt, ut in hoc Darii statu. Fuscus tractavit hanc scholam Bernegg. in Quæstionib. ex Tacito.

PLVRIBVS CVRAM OMN.) Bongarsii codex *pluribus curantibus*, unde exiliret sensus noto proverbio comprehensus: *Πολλοὶ φάρμακοὶ καὶ οὐκ ἔστιν ἰατρῶν.* *Multis imperatores Cariam perdididerunt.* alterum tamen, pluribus libris fulcitum, merito prætulimus. Porro Gruterus discursu primo ad Tacitum fuscus ostendit imperite Darii fecisse, ducibus suis fortunam imputando, quam ab ipsius auspicio traxerint. Quamquam, ut est in rebus humanis nihil certi, sed omnia imperferuabili DEI iudicio reguntur, inter ceteras regulas Politicas, hæc etiam suas patiantur exceptiones: quas probant omnes reges felices, qui infelicibus ducibus sunt vsi; omnes duces felices, qui regibus per se, aut alios duces infelicibus inseruierunt.

3. 2. 2. *DECEM MILLIVM ARMATORVM*) Cum in vetustis & impressis codicibus optime sic legeretur, non defuere tamen, qui pro *decem millium*, *decies centenum millium*, non recte reposuerunt. Ad quid enim tam capax vallum, cum summa totius exercitus fuerit quadringenta, aut summum, ut Arrianus 2. 2. 21. & Plutarchus in Alexand. c. 29. referunt, sexcenta millia armatorum? [septingenta habet Anonymus scriptor histor. Hierosolym. Vide *Gesta Dei per*

Fran-

Francos p. 1168.] Deinde Xerxes, cuius exemplo numerum copiarum Darius iniit, cum decies centenum millium multitudinem haberet, in loco Dorisco, qui decem mille hominum capax erat, circumdato vallo, quod decem millium armorum multitudinem caperet, recensuit copias. Plinius 4, 11, 5. *Non locus Doriscus X. M. hominum capax. ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum.* Quomodo autem Xerxes copiarum suarum numerum iniierit, Herodotus 7, 60. refert. Ammianus Marcellinus 18, 15. *Quousque nobis Doriscum Thraciae oppidum, & agminatim intra conspecta exercitus recensitos Graecia fabulosa narrabit Popma.* & eadem fere, nisi quod verbosius, post Popmam Raderus. Quibus addendus Aristides tom. 1. orat. 13. *Quum autem conaretur insolens iste rex exercitus sui numerum cognoscere (nam & hoc in eius potestatem cadere debebat) metiri potius eum quodam modo, quam numerare, coactus est, ita ut miro, cuius ambitus decies mille viros caperet (textus eleganter appellat τὰς μὲν μωγαίαν ἀπὸς) extractis, suos ad mensuram numeraret.*

3, 2, 3. *ORTO SOLE*) Hoc Persico more. Persae enim nunquam ante ortum solem exercitum mouere. Curtius infra 3, 3, 9. *Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere.* Idem docuit ante Curtium Herodotus 7, 54. *Ubi sol exortus est, ex aurea phiala Xerxes libans in mare, apud solem vota concepit.* & quae ibi sequuntur. Raderus. Rationem instituti non absurde credas fuisse, quod deum, quem praecipua religione colebant, itinerum actionumque suarum ducem habere vellent. Eo forte tendebat Germanarum matrumfamilias opinio, apud Caesar. Gall. 2, 50. *non esse fas Germanos superare, si ante novam Lunam praelio contendissent.* Ceterum non videtur satis consistere locutio ista, *Orto sole ad noctem*, nisi scribas, *Ab orto sole.* magnitudo enim exercitus, etiam duratione tractuque temporis, quod dinumerando impensum est, exprimitur.

VALLVM) Non castrorum munimenta, ut interpretatur vir doctus ad hunc locum; sed vallum, quale Dorisci, nulli rei nisi copiis numerandis, vel potius dinuntiendis effectum.

QUAM PRO NUMERO) Ut plures viderentur, quam essent, licet reuera essent permulti.

MESOPOTAMIÆ) Sic appellata regio, quae duobus amnibus Tigri & Euphrate clauditur. Eius incolae vocantur Arriano 3, 2, 21. *ὡς καὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν.* Terras Interamnas Mesopotamiam interpretatur Alexander Imp. apud Lamprid. in vita c. 56.

3, 2, 4. *PERSARUM ERANT C. M.*) Sequitur syllabus nationum variarum quae in exercitu Darii militarunt. Et obseruant hoc historici & poetae bella descripturi, ut numerum, & gentes & populos describant. Herodotus 7, 60. & c. vnus omnium id diligentissime persecutus est, ut Homerus Il. 2. Virgilius *Æn.* 7, 641. Stautus lib. 4. Lucanus 3, 107. alii. Summam ex partibus collectam accipe; Peditum ducenta quinquaginta millia, equitum mille centum supra sexaginta millia. Arrianus tamen 2, 2, 20. ut & Plutarchus in vita cap. 29. Sexcenta millia vniuersae tribuit Dario. Iustinus 11, 9, 1. quadringenta millia peditum, & centum millia equitum. Diodorus 17, 31. quingenta millia generatim affirmat. nemo decies centena millia. Est autem non praetereunda obseruatio descriptionis, ordinis ac seriei, quae difficultatem parat narranti, nisi modum variandae orationis teneat. Curtius id solemne habet, ut in descriptionibus non in eadem incidat. En hoc loco (quod vbique memineris) *Persarum* inquit, erant: *Medi* habebant: *Bacchanorum* equitum duo millia fuere: *peditum* decem millia sequebantur: *Armenij* XL. millia miserant: *Hycani* sex millia expleuerant: *Derbices* XL. millia armauerant: *Hos duo* millia equitum comitata sunt: *a Caspio mari pedester exercitus* venerat: *ignobiles Asiae* gentes

gentes duplicem numerum parauerant. Vides copiam scriptoribus imitandam, vt inopiam orationis declinent. Raderus:

3, 2, 5. *BARCANORVM*) Alii *Bactrianorum*, male; & refutat ipse Curtius infra num. 9. *Bactrianos* (quam tamen ipsam vocem in *Arachosios* mutarunt, eadem temeritate) *festinatio prohibebat acciri*, non igitur hi in hac expeditione; sed *Barcani gens Hyrcanis vicina* secundum Stephanum. Vide Abrahamum Ortelium, vnde sua descripsisse videtur Raderus.

LEVTIBVSQVE SCVTIS) Ferri quidem possit; sed nonne melius scribas: *brenibusque sentis*? cetris enim adsimilat, quibus idem apud Tacit. Agric. 36, 1. epitheton.

CETRÆ MAXIME) De qua pulchra Lipsius in *analectis ad Mil. Rom.* lib. 3. dial. 1. Recta porro loci scriptura est, *maxime, ἰσππηνευτικῶς*, non, vt alibi editur, *maxima*. Sic infra 8, 11, 6. *petra in meta maxime modum erecta*. Porro scutum ipsum quod *Barcanis* tribuit, videatur fuisse *pelta*, quæ *cetræ haud dissimilis est* apud Liui. 28, 5, 10. Plura vide apud Torrent. ad Sueton. pag. 1439, a. Lipsium citato loco, vnde ferme sua Raderus.

3, 2, 6. *HYRCANI EGREGII*) Xenophon lib. 1. *παιδείας*: *Hyrcani sunt Assyriis finitimi, natio non illa quidem magna: qua etiam de causa imperio Assyriorum subiecti erant: sed equestris tamen & tunc suis habita, & adhuc habetur.*

LIGNVM IGNI DURAV.) Visitatum teli genus apud gentes quibus ante Vulcanum, vt vult Eusebius lib. 1. ferri vsus incognitus, aut copia rarior. Sic maiores nostri apud Tacit. 2, 14, 4. *primam vicinque aciem hastasam* habebant; ceteris *præusta aut breuia tela* erant. Silius 4, 284. de Chryxo Gallo:

Contorquet nodis, & obusto robore, diram

Vel paruas quassasse trabem.

de Indis ad Tomerum flumen Arrianus Ind. 4, 14. *ἄκων δὲ ἔκ ἐσῆς σιδῆρης, ἄλλὰ τὸ δὲ αὐτῆς πικρὰ κατωμύρον τὸ αὐτὸ ἐπαίει.* *Cuspis ferrea non erat, sed igne softa & acuta.* Virgil. *Æn.* 7, 524. *agreste certamen* id vocat:

— — — non iam certamine *agresti*

Stipibus duris agitur, sudibusve præustis.

& feminis tribuit *Æn.* 11, 894.

Stipibus ferrum sudibusque imitantur obustis.

Ideo autem oburebant fudes, quod ea res extracto humore, restringit lignum & indurat: vnde non minima vis sudibus præustis, vt apud Ouid. *Metamorph.* 12, 299.

Qua iuncta est humero cernix, fude sigis obusta,

Ingemuit, duroque sudem vix osse reuellit.

Vides tam alte adactam fudem in os quamquam durum, quippe centauri, vt ab eo, quem infinito robore præditum fingit, vix euelli possit. Ideo præsertim in obsidiis urbium frequens earum fuit vsus propugnantibus. Ceterum apud nonnullos orbis recens reperti incolas arboris genus nascitur ligno ita solido duroque, vt confectis ex eo gladiis vtantur, acie paulo minus efficaciore quam sit nostratibus. At Scaliger *Poët.* 4, 34. negabat *alia ex materia*, quam ferro, *visum vllum*. Sed ille nimirum de Europæis hominibus moribusque sentiebat: alias & aureos enses *Perfarum* nobilissimis fuisse, alibi indicatum est.

3, 2, 7. *DERBICES*) Prope Hyrcanos ad Oxum fluuium siti fuerunt. Ptolemæus, Plinius, Strabo, Dionysius *Dercebias* nominant. *Popmâ.* Vide & Ortelium. In nonnullis editionibus pro hac voce leguntur hæc duæ: *idem vices*, absurdissime. De his credo loqui *Ælian. hist. var.* 4, 1, 8. vbi ait *Berbiccas* homines 70. annum

num egressos interficere. Eos à Cyro domitos, narrant excerpta Persicorum Ctesias c. 6.

3,2,8. *DUCENTI EQUITES*) Recte interpungit meo animo hunc locum Modius: *A Caspio mari octo millium pedester exercitus venerat: ducenti equites cum his erant. Ignobiles &c.* Raderus. Mihi vulgata distinctio nihil minus arridet.

ASIÆ) Quamvis pleraque edita volumina hanc scripturam præferant, veteres tamen codices (si Modio creditur, nam mei omnes *Asia* legunt, non *alia*) *alie* pro *Asia* habent, & vere meo iudicio, cum omnes quas hactenus indigitavit Curtius, fuerint *Asia* gentes, & facilis est vnus in alteram literæ migratio. Raderus. Ms. Pithœi, item Palat. secundus, & Bongarsianus sec. itidem dicuntur habere *Alie*. Causam tamen non video, cur recepta, & plurium Mss. auctoritate firmata lectio postponi debeat hæc certe quam Raderus adfert, mihi neutiquam satisfacit.

XXX. M. MERCEDE CONDUCTA) De mercenariis multa cognitu non iniucunda Alexander Genial. 6,22. ibique doctissimus commentator. Describit, vt apparet, ad hunc locum nonnulla ex Brissonii de regno Pers. lib. 3. pag. 286. Raderus. ibi enim obseruantur Herodiani Marcellinique loca, quæ itidem adducit commentator noster, quamquam in eo quoque dupliciter impegerit: primum, quod pro Herodiano bis Herodotum nominat; iterum (qui error ex superiore natus est) quod affirmat *primis temporibus* caruisse omnino peregrino & conducto milite Persas. Herodianus enim nec primis Persarum temporibus scripsit, vt nemo nescit, nec de primis, vt cuiilibet apparet qui verba eius considerat: sunt autem ex lib. 6. cap. 12. ἡ δὲ δὴ μισθοφόροις χεῖρας ἡλωμένοις οἱ Πέρσες, ὡς καὶ Παυσανίας: *Non enim milite qui stipendium accipiat, videntur barbari, quomodo Romani &c.* Sic enim exponendum credo, non, vt sensus sit, eos peregrino milite non vti, sed militibus suis certa stipendia non pendere, quod Romanis solitum: idque & sequentia satis ostendunt, cum adjicit id quemque lucrari, quod ex præda adquisiuerit. Rectius à Xenophonte testimonium in contrarium petisset, qui totum hoc, eiusque causam eleganter, vt solet, exponit sine *παιδείας*: Enimvero, inquit, cum intelligant (Persæ) quales sint ipsorum apparatus bellici, cedunt aliis, neque quisquam amplius absque Græcis ad bellum se comparat, sine adeo ipsi bellum inter se gerant, seu contra eos Græci copias educant: quod animaduertant etiam aduersus Græcos non nisi cum Græcorum auxiliis sibi bella esse suscipienda. Vide & Brisson. lib. 3. pag. 325.

3,2,9. *IGNOTA &c. GENTIVM NOMINA*) Sic Xenophon 1. *παιδείας* princ. ἂν εἴδ' ἂν τὴν ὀνομασίαν ἔχει τὴν ἐπέων. quarum ne nomina quidem referre quis possit, loquitur de gentibus à Cyro subactis. simile est infra 7,3,5. *gentes ne finitimis quidem satis nota.*

3,2,10. *NEC QVICQVAM ILLI MINVS*) Quid ergo maxime defuit? dicat Iustinus, qui de Xerxis apparatu loquens 2,10,21. subiungit: *Huius tanto agmini dux defuit.* Quantum in duce sit, volente Deo adnotabimus ad Tacitum de Germ. 30,3.

PYRPHYRATIS) Adde Arrian. 2,2,2.

CHARIDEMVM) De hoc Arrianus 1,3,29. Meminit & Diodorus lib.17.c.30. Male quidam editi *Eudemum* vocant, vitio nato ex aliorum scriptura qui *Caudemum* legerant, cum *Caridemum* reperissent.

SATISNE EI VIDERETVR INSTRVCTVS) Eodem fere modo Demaratum Lacedæmoniorum, imo exregem Lacedæmoniorum (de quo Iustinus 2,10,13.) Xerxes lustrato ad Doriscum exercitu appellauit apud Herodotum 7,101. *Nonquid Græci sustinebunt manus contra me leuare? nam, vt ego opinor, ne omnes qui-*

dem Graeci ac ceteri mortales, qui ad Hesperum incolunt, si coirent, pares essent nostris armis, nec me inuadentem expectarent. Huic affinis est inanis Antiochi regis Syriae factus, qui exercitum in Romanos paratum, atque auro argentoque fulgentem, Annibali ostendit, percontatus an satis instructus videretur? cui Annibal Punice pro ingenio, satis, inquit, o Rex, quantum hostes auarissimi sint. Plut. in Scipionis & Annibalis compositione, & Agellius 5, 5, eleganter. vide si placet Raderus.

3, 2, II. *SVÆ SORTIS*) Quod exul esset, inque Regis superbissimi fide & patrocinio degeret. Itaque Diodorus 17, 30. hanc Charidemi libertatem ἀναγορὴν ἀποπνοίαν vocat, quem qui ob hoc reprehendit, non intellexit. Non oblitus hoc est Pompeius, sed velut instantem exitum prauideret, in regiam nauiculam transcendens recitauit Sophoclicum istud:

*Etenim tyranni quisquis intrat in domum
Seruus sit illi, liber es si venerit.*

Auctor Plutarchus in vita cap. 129.

VERVM INQVIT) Hæc prima oratio est Q. Curtii, de qua, vt aliis omnibus quæ sequuntur, ita sentio, vt existimem nullum esse Curtio parem, aut certe neminem illi superiorem. Sallustij orationes leguntur in honorem historiae, vt Quintilianus [immo Seneca declamat. 3, 1.] censet, quasi per se indignæ sint, quæ cognoscantur. Lilius vnus est, qui orationis maiestate Curtium post se reliquit, acumine ingenii & sententiarum neruis Curtius illi vel par est, vel etiam superior. Raderus. Quid autem censendum de iudicio Trogi Pompeii, apud Epitomatorem suum 38, 3, II. qui in Lilio & Sallustio reprehendit, quod conciones directas, pro sua oratione operi suo inserendo, historiae modum excesserint? Sanc eius ipsius oratio, quam operi suo Iustinus inserit, nescio quomodo putide auribus meis sonat, quod obliqua referatur. Vt enim largiar in breuioribus concionibus decentius hoc fieri; hoc certe concedere non possum, in prolixioribus idem obtinere, cum toties inculcanda sint ista, se, sibi &c. & inquam, inquit, quæ verba vitanda Cicero sibi censuit, ne sepius interponerentur. Adde quod vix caueri possit, quin alia quoque hac ratione indecora committantur, verbi gratia, in oratione Trogi 38, 7, 8. tantumque se auida expectat Asia, vt etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulatum &c. hæc enim directæ orationi congruerent, obliquæ minus conueniunt. Certe Trogi iudicium communi scriptorum calcillo reprobatur est. Directas enim orationes operibus suis, præter Sallustium, Liliium, Curtium, inserunt etiam Cæsar, Tacitus, & Graeci. Vide Vossium de arte hist. pag. 107.

AVDIRE NOLIS) More Principum quorum aures ita formate sunt, vt aspera quæ vitia, nec quicquam nisi iocundum & laetum accipiant, vt ait Tacitus H. 3, 56, 6. quo sensu Iuuenalis sat. 4, 86. quid violentius aere tyranni? Certe itaque Demaratus (cuius exemplum & Raderus ad hunc locum adnotat) qui iussus dicere sententiam de Xerxis copiis, ita præfatus est: *Via apud te, Rex, via, verane, an iucunda oratione?* Herodot. 7, 101. Quo respexisse putem Aristotelem, cum Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit, vt cum eo aut rarissime, aut quam iucundissime loqueretur. Val. Max. 7, 2. quod idem dictum Xenophani Colophonio tribuit Hefychius in libello de viris Claris. Ita Parysatis Cyri & Ariaxerxis mater, cum qui libere cum Rege colloqui vellet, byssinis iubebat vt verbis. Plut. in apophth. cap. 10. Bene igitur apud Senecam Suaf. 1. monet Cestius: non eodem modo in libera ciuitate dicendam esse sententiam, quo apud Reges: quibus etiam quæ profunt, ita tamen, vt delectent, suadenda sunt. Diuine Seneca de beneficiis 6, 30, 3. monstrado tibi, cuius rei inopia laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus desit. Scilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaque consuetudine pro relictis blanda adiuuat.

diuina

diendi ad ignorantiam veri peractum vindicet à consensu concensusque falsorum : & quæ eo loco sequuntur pulcherrime & sapientissime dicta, hinc illa veri consilii periculosa libertas, de qua queritur Philotas apud nostrum 6, 10, 26. Qua causa recte monet Demosthenes in Olynthiaca tertia: *αἰς τὸν πρῶτον πρῶτον, μὴ σκοπεῖτε, τίς εἰπὼν τὸ βίλπτω ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ ὑμῶν ἀπὸ τῶν βασιλευσιν. ἢ ἴσως ἔσονται.* Priusquam hæc (quæ facienda dixerat) acta sint, ne circumspiciat, quisnam dum vobis optime consulat, à vobis intorire velit: noninem enim reperietis.

NEQVIVQVAM) Plures editi; nequaquam, non ita probe. Sensus est; monita ista quæ nunc vsui esse possunt, nisi iam proferantur, post acceptam, quæ, nisi prouideretur, immineret, cladem, nihil esse profutura. sic apud auctorem infra 3, 4, 3. *Arifanos quondam salubre consilium sero exequi statuit.* Ea enim occasionis vis est, vt prudentissimorum hominum consultis pondus & effectum, sola, si negligatur, eripiat. Eleganter itaque, & rotunde more suo Heinsius ille lib. 1. hist. Belgicæ pag. 30. *In Hispaniam, vt tarde pleraque, ita sero perferuntur.*

3, 2, 12. **NITET PURPURA AVROQVE**) Ita peructus codex è cœnobio S. Vdalrici, quemadmodum & Modio lectum. Raderus. Bongarsianus quoque codex præfert, auro. Alii male, *nitet purpura auroque*, recto casu, quasi non ad exercitum referendum esset id verbi. sic infra 3, 10, 9. *aciem hostium auro purpuraque fulgentem.* Lilius 34, 3, 9. vt auro & purpura fulgeamus. De aureis autem armis aliqua notavi ad Florum 1, 16, 7, 4.

ARMIS) Ita constanter omnes editiones, nec de sinceritate scripturæ quisquam dubitat. Non placet tamen ista vox hoc loco, eo quod luxum armorum taxet hic Charidemus, non ipsa. Fulgor enim armorum non laudatus modo in militibus bonis, sed iustus etiam, & exactus. hinc Onofander cap. 28. *Videat etiam imperator, vt exercitus armis splendentibus fulgeat.* Et hinc adeo aciem Macedonum commendat ipse hic auctor mox 3, 3, 27. *ab equis virisque, non auro, non discolori veste, sed ferro atque aere fulgentibus.* Præterea hic recensentur auro, purpura, opulencia, quorum in censu quid arma faciant, non intelligo. Suspicio itaque pro armis legendum aut gemmis, aut aliud non absimile. Firmat noster infra 3, 3, 14. *vestem auro distinctam habebant, manicataque tunicas, gemmis etiam adornatas.*

3, 2, 13. **CLYPEIS HASTISQVE**) Coniunge his & compara legatorum Alemannorum orationem apud Nicetam in Alexio lib. 1. f. Phalangem Macedonicam eiusque armatum describit Xiphilinus in Caracallo in hunc fere sensum: *Comparavit (Caracallus) phalangem ex solis Macedonibus, in qua erant hominum sedecim millia: eamque phalangem Alexandri cognominavit. Hi utebantur eodem armorum genere quo viuo Alexandro armati fuerant. Hæc erant galea facta ex crudo, bonis corio, thorax ex lino triplex, scutum ex ære, lancea longa, hasta breuis, crepide, gladius. Hæc fere armatura sunt ὀπλιτῶν Æliani tact. c. 48. Vim eius & robur expriment citati Raderus Ælianus tacticor. cap. 14. Polybius 17, 25. Lilius 9, 19, 7. Vegetius 2, 2. (quem tamen reprehendit quod phalangem constare dicat octo millibus, cum secundum alios constet sedecim) Appianus in Syriacis. Polybius iterum in fragmentis, vbi dicit; quod L. Æmilius Paulus nunquam ante visa nisi sub Perseo æmum Macedonica phalange, sepe numero Romæ apud suos factus fuerit, nihil se vnquam quicquam formidabilius spectasse Macedonem phalange, quamuis & multas, si quisquam alius, acies viderit, & multis ipse præliis decertauerit. Cum igitur talis fuerit hæc acies, qualis apud citatos auctores describitur, consentaneum est, loco æquo eam quavis alia superiorum fuisse, iniquo autem & impedito incommodam & periculosam. quod & exempla demonstrant Philippi, Antiochi, Persei, apud Lilium 31, 39, 10. 37, 42, 4. 44, 41, 8. & 9. & Plutarchum in Flaminio cap. 12. Proprie igitur dicta phalanx fuit acies qua-*

drata, constans ex sedecim hominum millibus, quæ tamen suas iterum partes habebat, in quas diuidi, & ex quibus iterum componi pro re nata poterat; atque hinc est quod in Curtio mox sequitur, *circumire, discurrere, in cornu mutare pugnam.* Ex hoc deinceps Macedonum inuento phalanx appellata fuit, omnis grauis armaturæ militum, scutis connexis confertorum acies. Recte igitur Scholiastes Iuuenalis ad illa verba Sat. 2, 46. *iunctaque umbone phalanges,* Seruium reprehendit, quod phalangem Macedonibus idem significare putasset, quod legionem Romanis. Sed & ordo sexaginta quatuor curruum aut elephantorum *phalanx* dicitur. *Ælian. tactic. cap. 22. & 23.*

AD NUTUM) Non signum modo, sed & nutum. Nutum enim hoc loco non capio pro signis mutis, sed pro quolibet leui voluntatis indicio. Hoc enim in laudem Macedonum Charidemus, adeo compositum fuisse agmen, adeo exercitum, vt non signa tantum ducis, quod etiam mediocriter exercitis non ita difficile est, sed & nutum obseruarint, quod quidem exsertis verbis profert mox 3, 3, 27. *Intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum.* Sic Claudian. de IV. consul. Honorii versu 87.

Qui modo tam densas nutu mouere cohortes.

quomodo fere apud Iornandem de rebus Geticis cap. 38. *diuersarum nationum ductores nutibus Anila attendebant, & vbi oculo ammissis, absque aliqua murmuratione, cum timore & tremore vnusquisque adstabat.* Inter hanc tamen regiam Alexandri auctoritatem, & Attilæ tyrannicam, interest quod de populo Romano iactat Nazarius in panegyrico cap. 35. *Populi Romani vis illa & magnitudo venerabilis ad imaginem antiquitatis relata, non licentia effrenis exultat, non abiecta languide jacet; sed sic assiduis diuini principis monitis temperata est, vt cum ad nutum eius flexibilibus & tenera ducatur, mouerant se non terrori eius præbeat, sed benignitati.* In hoc quoque sensu vox nutus est apud Florum 4, 3, 6. *vnus præsidis nutu, quasi anima & mente regi.* Idem requirit seuerus ille Papius apud Liuium 8, 32, 7. *Si ego taciuis abissem, ait Fabio, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit.* Nescio an hunc sensum adsequutus sit Æneas Silius in historia Europæ, vbi in descriptione cladis Varnensis, Huniadi attribuit hæc verba ferme Curtiana: *illos (Turcas) aurea & discolori veste, Hungaros ferro atque ære fulgere, Christianum agmen & stare paratum & sequi, nec turba nec sarcinis prægrauæ, intentum quod dux non modo signet, sed etiam innuat.*

ORDINES SERVARE) Non hoc est, quod Raderus autumat, cui opponitur *deserere stationem in præsidio, vel locum in acie, aut profugere,* in quorum criminum reos fustis pœna constituta erat. nam quod ibidem obseruat de vite, ea nempe ciues mactari solitos, peregrinos tantum fuisse, mihi nusquam lectum est; contra Apronium *decimum quemque ignominiose cohortis* (milites vtiq; Romanos, id enim præcessit) *forte ductos, fustis necasse;* Tacitus 3, 21, 1. adnotat. Ordines itaque seruare hoc loco est, compositos incedere, iisque qui hoc didicerunt, non opponuntur, qui per metum aut perfidiam stationem suam deserunt; sed qui nondum ad hoc exerciti, per imperitiam, vagis incursibus, aut disiectas per cateruas aciem dirigunt: quales plurimi barbarorum, vt apud Liuium 24, 48. Numidæ, quos Statortius *proxime morem Romanum signa sequi, & seruare ordines docuit.* Germani apud Tacit. 2, 46, 3. *qui longa demum aduersus Romanos militiis, insuenerunt sequi signa, præsidium firmari, disiecta imperatorum accipere.*

3, 2, 14. *OMNES EXAUDIUNT*) Quidam putant adeo tacitos expectasse imperatoris sui præcepta, quod ego quidem, quale sit, haud capio. Nec enim ita imperatores vel à tranquillissimo exercitu, præsertim in ipso discrimine, exaudiri possunt, vt ludimagistri alicuius vox à discipulis. Certe de hoc ipso exercitu

citu infra 4, 13, 38. sic legimus: *hoc tantus exercitus exaudire non poterat, usum aurium interceptante frenitu duorum agminum.* Meminisse debuerant vocem exaudiendi apud veteres alio quoque significato capi, vt idem sit, quod obedire. Sed de hoc verbo, dante DEO, in Indice, quo hæc atque talia proprie pertinent, pluribus agemus.

OBSISTERE) Idem interpretes reddunt: *omni ope obitii, & densata clypeis phalange simul in hostem, velut vna mole incumbere.* Ego non putem hoc velle Charidemum, sed nec Curtium adeo; quin *obsistere* non esse aliud quam consistere, vt obherere, obtegere, obtorpescere, occanere, quandoque idem valent, quod simplicia à quibus deducuntur. Apud Plautum etiam in Milite 2, 3, 62. *Hic obsistam,* cum Pareo exponam consistam, quamuis repugnent alii. Crebro autem viuuenit vt consistere iubeatur exercitus, ne quis à Curtio expositionem nostram alienam putet, ecce vnicum de hoc ipso duce, hoc exercitu, exemplum (plura enim adducere non minus putidum quam facile foret) infra 4, 12, 16. *Alexander cognito paupore exercitus, signum vt consistere dari iubet.*

CIRCUMIRE) Possis intelligere ἐπιτροφῆς apud Græcos triplices, vel potius sexcuplas, trigeminas enim cernis apud Ælianum cap. 32. *ἰὲ ἀρχῆς ἢ π' ἀσπίδος,* à primo statu ordinis ad clypeum, hoc est κλίσε seu declinatio conuersione, à primo habitu ad sinistram circuitio. Et totidem circuitioibus obuertebant se ἰὲ ἀρχῆς εἰς δεξιὰ, hoc est, ad hastam seu ad dextram partem. [Vtriusque exempla reperias apud Xenophontem.] Possis tamen illud *circumire* accipere, pro circumuenire tota phalange hostem, vt infra 3, 8, 27. & alibi à Curtio vsurpatur. Ceterum conuersiones sunt duplices, seu ad dextram, seu ad sinistram, tum vel viritim tantum vertuntur, vel toti simul ordines & agmina. Raderus.

DISCURRERE IN CORNU) Codices veteres quos vidi, omnes hunc locum ita interpungunt: *obsistere, circuire, discurrere, in cornu mutare pugnam.* Vnica Modii editio [imo & altera Lugdunensis, & vero tres Mss. Palatini, cum vno Bongarsiano] aliter distinguit, & illud *discurrere* coniungit cum illis, *in cornu,* & separat illa *mutare pugnam,* quæ mihi non displicet, si fulciatur auctoritate, quam forte ex codicibus Mss. accepit. Quod si illud *discurrere* separet à *cornu,* accipies verbum de conuersionibus duabus in dextrum latus & sinistrum, seriatim, non viritim. Ego coniungo & lego *discurrere in cornu* vt Modius habet. Ceterum cornua erant duo, dextrum, quod & princeps, sinistrum alterum: constabat vtrumque è lectissimo milite, eratque robur totius phalangis, adeoque exercitus vniuersi. Firmabantur autem cornua, cum ex subiectis & inferioribus ordinibus series aliquot iubebantur ad cornua transire, vt essent ordines bis mille quadraginta octo, cum primum tantum fuissent mille viginti quatuor, & hoc duplici fiebat nomine, vel vt [desunt quædam, forte, sustineretur labans acies, vel vt] hostes circumuenerentur. qua de re copiose Ælianus, qui & rationem mutandi exercitus crudite docet. Raderus. Illustrare potest hunc locum Frontin. Strateg. 2, 3, 10. *Xanthippus præcepit auxiliariis, vt emissis telis cederent hosti: & cum se intra suorum ordines recepissent, confestim in latera discurrerent, & à cornibus rursus erumperent.*

MUTARE PUGNAM) Mutatio Græcis μεταβολή dicitur, [μεταγωγὴ μὲν ἐστὶν] est Æliano cap. 5. quod Curtio, *mutare pugnam*] cum vel singuli viritim à tergo in faciem vertuntur, vel tota acies simul vt nauis circumagitur, vt primi ad vltimos circumagantur, & vltimi primorem occupent locum. Sed ita vt habitus exercitus sit idem, qui ante ordinibus totis circumactis. Omnis μεταβολή duplicem habet conuersionem seu κλίσε; prima est cura series ad latus seu dextrum seu sinistram.

strum vertitur: secunda, cum à latere in tergum circumagitur. Vtraque rursus duplex, vel ab hoste, vel ad hostem. Cum viritum mutantur, appellatur *επιπαισθησις* seu mutatio; cum tota acies flectitur *απειρασμός* appellatur. Plura Ælianus tacti-
corum cap. 25. Mutatur autem necessario pugna, cum hostis vel à latere, vel à tergo, vel ex obliquo occurrit, tum enim phalanx vel *πλάγιά*, hoc est transversa; vel *επίθια*, recta; vel *λοξή*, obliqua instituitur. Exempla tabulis expressit Robortellus. Raderus.

NON DVCES MAGIS QVAM MILITES) Non abit à Curtio Iustinus II, 6, 4. qui militi Alexandri hoc elogium condidit: cum ad tam periculosum bellum exercitumlegeret, non iuvenes robustos, nec primum florem ætatis, sed veteranos: plerisque etiam emeritis militibus, qui cum patre patrisque militaverant, elegit: ut [eleganti-
us hæc particula omitteretur] non tam milites, quam magistros militiae electos putaveret. Raderus. Prope igitur ad Fabiorum gloriam aspirare poterat hic exercitus, de quibus Livi-
us 2, 49, 5. Sex & CCC. milites, omnes patricii, omnes unius gentis; quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus senatus. Quantum autem in hoc sit, dicat tibi Polybius 10, 22.

3, 2, 15. **PAUPER TATE MAGISTRA)** Tantum virtutis paupertas adversus insolentem divitiarum habet. Iustin. 20, 5, 3. Nam solet vinculum esse morum bonorum, quod & Demaratus innuit apud Herodot. 7, 102. Græcia semper quidem a-
lumna fuit paupertatis, hostes viribus, quam à sapientia acciuit, & à disciplina severa, quam usurpavit Græcia & paupertatem tuetur, & dominatum. vnde Iuvenalis Sat. 6, v. 295.

Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo

Paupertas Romana perit. - - - & Florus 3, 12, 7. *Opes atque divitiarum afflixere sæculi mores.*

HVMVS CVBILE EST) Quemadmodum & Romanis. Seneca ad Helviam 10, 3. maiores nostri, qui sibi manu sua parabant cibum, quibus terra cubile erat. Id vergente disciplina mutasse queritur Marcellinus 22, 6. non saxum erat, ut antehac armato cubile, sed pluma, & flexiles lectuli. Rigidum istum morem cum mul-
ris laudasset Luciani Cynicus, subiungit, contingat mihi, ut terra quævis cubile mihi sufficiat: domum vero existimem, mundum: tum alimenta deligam paratu facilima. Sic Polyb. 2, 17. Gallis tribuit τὸ ἀβυδακιστέον, in herba aut stramento iacere. Sed idem iste Macedonum exercitus quantum à dura hac virtute recessit post Persica spolia ostendit ipse Alexander infra 8, 8, 9. Totum exercitum afficiit, qui paulo ante nihil præter arma haberet, nunc argenteis cubat lectis.

CIBVS QVEM OCCVPANT, SATIAT.) Nec milites tantum, sed & ipsum Alexandrum. Frontinus strateg. 4, 3, 9. Emilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulantiem, accepto pane vesci solitum. Idem & de Alexandro Macedone dicitur. Vnde & regina Cariae Ada fercula exquisite confecta ad eum aliquando mittente: meliores, inquit, obsoniorum structores habeo, ad prandium antelucanarum expeditionem, ad convivium frugale prandium. Plutarchus in Apophth. Hæc tamen continentia postea nimis soluta est deliciis. Loccenius. Iactatur & altera lectio profecta ab iis, qui quid occupare sit, minus intellexerant: *cibus quem occupati parant*, longius à sensu & dictione Curtii qui hoc dicit, Alexandri milites nutrimentum quærere, non voluptatem, sicut hæc pulchre distinguit Maxim. Tyrius Dissert. XI. Ergo & noster opponit occupandi verbum, & estimandi. Indicem vide.

TEMPORA SOMNI) Idem de Taprobanzæ incolis Plinius 6, 22 Nulli in diem, aut interdum somnus.

3, 2, 16. **THESSALI EQVITES)** Quos magni tum æstimatos satis decla-

declarat callidi istius Philippi actio, qui apud Iustinum 9, 6, 8. *Thessaliam non præda cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere gestiebat, nihil minus quam bellum metuentem, improuisus expugnat, vnumque corpus equitum (an equestrium?) pedestriusque copiarum iniuncti exercitus fecit.* Adde Liumum 9, 19, 4. Ceterum equitatus Thessalicus omnib. sæculis fuit laudatus. Primum Herodotus 7, 196. Thessaliae equos celebrat. Herodoto accinit Staius Theb. 6. v. 332.

Quin & Thessalicis felix Admetus ab oris

Vix steriles compeçit equas &c. vbi eius interpres. Pausanias vero equestrem Thessalorum Martem prædicat in Phocicis. Virtutem Thessalorum infra 3, 11, 14. collaudat Curtius, vti & Plutarchus in Alex. c. 40. vbi prælium ad Issum descripsit. In hac etiam regione primos equos extitisse fabulantur. Nata est paræmia *παρæμιοςται ἵππων & ἑταρὰ δὲ ἄλλη, Decoratur equa Thessalica.* paræmiographos consule. Hac fere Raderus. Adde Xenoph. hist. lib. 7. *Ἐστὶ δὲ αὖτὶς τοῖς ἑταρῶν ἵππων ἑταρὰ δὲ ἄλλη, Thessalis equitibus hominum opinione longe præstantissimis.* Maximus Tyr. serm. 7. ait: *disciplina Cretensium est venari, montes superare, sagittare, currere: Thessalorum equitare: Cyrenensium aurigari: Aetolorum prædari: iaculo Acarnanes; pelta valens Thracæ.* apud Strabonem lib. XI. Cyrillus & Medius credunt ab Thessalis rei equestris studium ad Medos & Armenias transisse. Polyb. 4, 8. *Thessalorum equitum impetus, quando turmatim, aut iusta acie pugnant, sustineri non potest: ad pugnandum extra aciem pro loco & tempore virium, inhabiles sunt ac lentis. Aetoli contrario modo se habent.* Satyrus apud Athenæum 12, 9. Alcibiadem in omnibus excelluisse scribens, addit: *in Thessalia equis atendis, & freno regendis, Alenadis equestri illa disciplina peritior: Non omittendum hic est, quod Orolius lib. 1. cap. 13. scribit: Thessalos Phalaephatus in lib. I. incredibitium prodis à Lapibus creditos distosque fuisse centauros, eo quod discurrentes in bello equites, veluti vnum corpus equorum & hominum viderentur.* Cui rei non dissimilis est Americanorum quorundam opinio, quam de equitibus primum ab se visis conceperant.

ACARNANES) Quam bellicosi fuerint, ex vno illorum facto discas apud Liumum 26, 25, 7. Raderus.

ÆTOLIQVE) Hi quoque ingentem equestris rei gloriam consecuti sunt. Polybius 17, 18. eos ceteris Græcis equitatu præstare asserit: eodemq; loco virtutem Romanorum ipsis imputat. quod & Annibal facit apud Liumum 36, 7, 7.

INVICTA BELLO MANVS) Impense placet amici mei Ioh. Melchioris Corneri coniectura; *inuisita ferro manus,* eam enim anthesin poscere videntur, quæ sequuntur *de fundis & hastis igne duratis.* Ferri tamen & vulgata lectio potest. sic apud Virg. Æn. 4, 40. - - - *genus insuperabile bello.*

FUNDIS) Eleuat quidem Curtius funditorum glandes & lapides: sed longe alia aliis mens est & calamus. Quos omnes qui Radero citantur hoc loco ordine inuenias apud Lipsium de Mil. Rom. 5, 20. & Poliorc. 4, 2. & 3.

3, 20, 17. *SVAM NATVRAM*) Alii, etiam natur. alii, suam etiam natur. Mss. Danielis, Puteani, Pithoei, Faucheti, & Bongarsianorum alteri deest suam; quam vocem retinet alter Bong. cum primo & tertio Palatinis, & e contra vocem etiam omittunt. de significato phraseos vide Indicem, dictione sua.

HOSPITEM AC SVPPlicEM) Quæ vtraque consideratio flectere debuerat animum regis. nam & hospitii jus inuisiolabile habebatur, & in supplicem seuire inhumanum.

VTILIA SVADENTEM) Seneca de ira 3, 14. f. cum retulisset historiam Praxæpæ, *Accessit itaque ad numerum corum, qui magnis cladibus ostenderunt, quanti constarent regem amicis bona consilia.*

3, 3, 2. *PER SOMNIVM*) Omnes passim veteres ac recentes scriptores coniurant somnia alia diuina, alia naturalia esse, quod & vera religio profiteatur. Diuina alia vera, alia falsa; vera à Deo vel bonis mentibus suggeruntur, falsa & mala à malis genis excitantur. possunt & spiritibus impuris subinde vera. multa habemus in sacris literis, quæ & rara sunt, & vera, naturalia quotidiana, & pleraque omnia vana. Curtius eodem modo species in somno obiectas vel ad naturam, vel ad diuinitatem refert, cum dicit, *sive illas ægritudo animi*, hoc est, curæ naturales & sollicitudo rerum gerendarum & gestarum, *sive diuinitas animi præsentis*, hoc est, DEVS vel spiritus faciunt & immittunt. Homerus de diuinis l. A. versu 63,

--- -- *ὅτι τὸ ὄναρ οὐ δὴς ἐστίν.*

Enem somnium à Ioue est. De diuinis etiam Iamblichus de vita

Pythag. cap. 15. Philostratus de vita Apollon. 2, 14. Cicero de diuinat. 1, 20. Macrobius in som. Scipionis, Antipho, Chrysippus à Cicerone citati, Philocius [an Philochorus, qui de diuinatione scripsit] Artemon, Serapion Afcalonites, citati à Fulgentio in Mythologicis, alii tractant. De naturalibus Lucretius, qui illis cum suo Epicuro omnem diuinitatem ademit, omniaque ad causas naturales refert. lib. 4. versu 963. & 966.

Et quos quisque fere studio deuinctus adhaeret,

In somnis eadem plerumque videmur obire.

Ita Aristoteles libro singulari de insomniis, somnia ait nasci ex reliquis earum rerum quas vigilantes sensu percipiunt, quod & versibus Lucretius expressit lib. 4. à versu 975.

--- -- *plerumque videmus*

Quom iam desiterint ea sensibus usurpare,

Reliquias tamen esse vias in mente patentes,

Qua possint eadem rerum simulacra venire.

Idem Ennius, Claudianus præfat. in lib. 3. de raptu Proserpinæ, alii canunt. Legendus Tertullianus lib. de anima, & diligenter noster Pererius in Daniele disput. de varietate & veritate somniorum quaestionibus septem, vbi omnia quæ ad somnia pertinent, accurate excutiuntur. Curtius ergo in medio relinquit diuinumne, an naturale somnium fuerit Darii. Raderus. Similem fere historiam de Constantio Imp. in Iulianum mouente lege apud Marcellin. 21, 28. Sic antequam dimicaret, somnauit Pompeius, Plutarch. in vita cap. 113. Germanicus, Tacit. 2, 14, 1. Lipsius autem Polit. 5, 16. ex hoc loco Curtii monet Imperatoribus pugnaturis non omnino negligenda esse somnia. Multa autem de somniis, eorumque opinione apud Romanos veteres, collegit Dempsterus ad Rosini antiquitates Romanas 2, 2.

LÆTVM ID REGI SOMNIVM) Pertineant huc verba Marcellini, loco modo citato: *Id autem permutationem temporum indicabat, licet interpretantes placencia responderent.*

ARSISSENT) Vide num melius, *arsisse*.

3, 3, 3. *QVIDAM CONTRA*) Cum in mss. magna sit hoc loco varietas, eorumque nullus lectionem vulgatam, *quidam non ita*, iunct, sed Palatinus primus particulam *non*; alii part. *ita* omitant, non improbe facturus videbar, si lectionem istam *contra* reciperem, cum nec à scriptura abeat, & vsu loquendi sit probatissima, præterea Acidalio, quem & Raderus sequitur, vulgata potior veriorque videatur.

FVLGOREM ALEXANDRO PORTENDERE) Operæ pretium est adnotare locum Dionys. 5, 45. *Ex pilis Rom. circa summa verucula emicabant flammæ,*

ma, totisque castris fulgorem, non aliter ac facula, ad multam noctem reddebant, ex hoc ostento colligebant (ut & tabium portentorum interpretes affirmabant, & facile quis con-
dicere poterat) citam sibi & splendidam à DEO portendi victoriam: quandoquidem igni
cedunt omnia, & nihil est quod non ignis vi absumatur. Hic primo notandum in Ob-
sequenti cap. 9. ubi narratur hoc prodigium, expungendas esse duas voces; in ca-
lo: deinde hoc praefertim, hanc perpetuam eiusmodi coniectorum fuisse rationem,
quam secutus laud dubie & Plutarchus in Alex. c. 29. cum somnium Darii enar-
rasset, ita exponendum credidit, quem ideo pro ridiculo habendum non autu-
mo, si post euentum explicauit somnium, quomodo & alia similia, ex supradicta
ratione, ante euentum explicanda putasset. Vulgo enim ita senserunt antiquitus. Flo-
rus de Scruio Rege 1, 6, 1. clarum fore, visa circa caput flamma promiserat. Sic inter o-
mina imperii Tiberiani relatum est, quod eo per Macedoniam ducente exercitum in Sy-
riam accidit, ut apud Philippos sacrata olim victricium legionum arte sponte subitis collice-
rent ignibus. Sueton. Tib. 14, 4. Sic apud Virg. Æn. 7, 71. cum Launiae caput arsisset, se-
quitur:
fore illisfrem fama fatisque canebant.

Adde Plutarch. Pompeio cap. 113. Marcellin. 23, 13.

OCCUPATVRVM ESSE, HAUD AMBIGERE) Plerique Mss. cum editione Aldina scribunt, occupare habuissent, haud ambigua rei: vnde Acidalius
ἀνομιφισβήτως scribere ait: occupaturum haud ambigue, quae lectio quamvis ratione
non careat, mihi tamen cum Radero vulgata praeparet.

IN EODEM HABITV) Hic duo statim ex me quaeret lector, pri-
mum quis apud Curtium fuerit is vestis habitus, quo Darius erat indutus, prius-
quam rex salutaretur: dein quis apud Plutarchum in Alex. c. 29. sit Astandes vel
Asgandes. Vestis fuit non regia [satis id indicauit Curtius, his verbis: Alexandrum
deposita regia veste, in Persico & vulgari habitu perducendum] sed serui regii, curforis
nempe publici, seu veredarui, qualis erat Darius Artis & Ochi regum. Is autem ve-
redarius dicebatur Persis Angarus & Astandes. Suidas, Ἀσάνδης οἱ ἐκ διαδοχῆς γεγρα-
ματφόροι, οἱ ἢ αὐτοὶ καὶ Ἀγγαροὶ. τὰ ἢ ὀνόματα Περσικῶν. Astanda sunt tabellarij si-
bi iure hereditario succedentes, qui & Angari dicuntur: sunt autem nomina Persica. He-
sychius: Ἀσάνδης ἡμετέροισιν. Astandes est cursor diurnus, seruus in pedibus. Iterum
Suidas: τῶν τῶν βασιλείων ἀγγέλους νυντίους regioῦ ἀποκατ. Eustathius ad Homerum:
κουργὸς ἢ κατ' Ἀλίας Διοῦστος Ἀγγαροὶ οἱ ἐκ διαδοχῆς γεγραμτφόροι, οἱ ἢ αὐτοὶ (ἢ οἱ)
καὶ Ἀσάνδης Περσικῶν. Ἀγγαροὶ secundum Aelium Dionysium proprie sunt tabellarij ho-
reditarij, qui & ipsi (ut ait) Persico Astanda dicuntur. Hesyclus βασιλικὸς γεγρα-
ματφόρος ἐκ διαδοχῆς nominat. Cursum autem publicum Cyrus instituit, ut au-
ctores sunt Herodotus, & Xenophon lib. 8. παυδίας. Fuerunt ergo serui regii, ut
Plutarchus de Alexandri fortuna dicit: Δαρῖος ἢ ὅτι ἔργον, ὅτι ἐκ δόλε καὶ Ἀ-
σάνδης βασιλικὸς κούριος Περσῶν ἐποίησας. Darius erat tuum (ὁ fortuna) opus, quem ex
Astanda seruo regio fecisti dominum Persarum. Et idem καὶ πολλοὶ ἐκδοσάμενοι Ἀσάν-
δης περιέχεται τῆν βασιλικήν. Exita veste Astanda induit regiam. Proinde Curtius cum
Iustino & Strabone videtur sentire, quando Darium Astandem facit, cum Diodo-
rus Siculus illum ex stirpe regia, & Ochi regis fratre natum vult, & ex duello vi-
ctorem, post Ochum, creatum regem. Dicitur est ante Codomanum: Mihi potior
Strabo, Iustinus, Curtius, quam Siculus. pro Codomanno alii legunt Codannus. Cle-
mens vocat Ochian, Tertullianus Darium Melam. Fuit ergo seruus regum Artis &
Ochi, siue astandes, siue Ochi fratris filius, omnes enim etiam propinqui serui-
bant Regi. Raderus.

33. 6. VETERA QVODQVE OMINA) Quidam libri, etiam Mss.
omnis, male, sic fere Tacit. 2, 78, 2. Recursabant animo vetera omnia.

AD

AD EOS TRANSITVRVM) Simile est quod de Andronico Duca narrat Gregoras lib. II. in fine. De capitis tegumento apud superiores Imperatores moris erat, ut atate prouectiores aulici proceres pileis turbinatis uterentur, serico tectis, pro dignitate cuiusque: adolescentes uero omnes prorsus nudis essent capitiibus. Illo uero Imperatore, is mos usque adeo obsoleuit, ut omnes simul & adolescentes & senes pileis uterentur, non minus in palatio quam in agris: iisque multiformibus & peregrinis, & quales cuique probabantur: alij Latinis, alij Mysiis & Tribalicis, alij Syriis & Phanicis, suo quisque arbitratu. Eodem more in uostibus etiam usi sunt, ut prudentiores nouitatem aliquam & destructionem Imperii, & finem institutorum ac morum illius diuinarent. Quae praesagia fidem etiam suam in Germanis nostris impleuerunt, qui cum nullius fere nationis habitum non imitarentur, proximis annis, omnibus praedae fuere. Respexit huc Curtius 6, 6, 4. de Alexandro: vestem Persicam sumpsit, ne omen quidem uerius, quod a uictoris insignibus in deniis transiret habitum. His bellis Germanicis obseruauerunt quidam anno ante quam ab Hispanis Spirensium urbs occuparetur, foeminas ibi gestasse collaria quae Hispanica dicerent.

3, 3, 7. QVOD EDEBATVR IN VPLGVS) Nota haec ars laetos spargendi rumores, & tristissima quaeque premendi, ne vulgi animi mutabiles subitis tercantur aut mutantur, sed potius bona spe pleni, prompte atque alacriter iussa obeant. Exempla frequentiora notioraque sunt, quam ut hic referri vel possint, vel debeant.

3, 3, 8. BVCCINA) Machiauell. de arte militari pag. 144.

IMAGO SOLIS) Queras fortasse quo metallo fuerit imago solis expressa, aut qua gemma lapideue pretioso? Crediderim abs regibus in crystallo circumlatum, ex puro auro fuisse expressum, celatum, elaboratum & expolitum, crystalloque ueluti sacello clausum, ut oriente uero sole, & in crystallo aurumque incidente accenderetur, & ex repercussu solis per anacrasim incensus, alter Sol uideretur, oculosque intuentium perfringeret. Aurum enim maxime Solem emulatur & ignem, ut Pindarus ἀσπυρον πῦρ vocaret. Raderus. Solis imaginem insigni artificio fabricatam coluit Chosroës Gazaci, quam cum templo eius, aliisque insignibus ornamentis delcuit Heraclius Imperator, ut auctor est Cedrenus. Porro hanc unaginem, de qua Curtius, non alio fini super tabernaculum regis collocatam fuisse arbitror, quam ut signum esset uel profectionis, uel pugnae, quamquam enim, ut ait noster, signum buccinae dabatur, exaudiri ab uniuerso exercitu non poterat, praesertim in tanta hominum multitudine: ut uel hinc mutuatus uideri possit Alexander institutum suum, quod narrat Curtius 3, 2, 7. Tuba, cum castra mouere uellet, signum dabat, cuius sonus perunquam tumultuantium fremitu exoriente haud satis exaudiebatur. Ergo pericam, qua undique conspicere possit, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum: obseruabatur ignis noctu, fumus in uerdus. Vides hic omnia fere similia. Sed & aliis gentibus haud dispar consuetudo. Romanis erat tunica coccinea quae supra praetorium itidem expandebatur, si Plutarcho credimus in Fabio cap. 26. de qua multa Lipsius ad Tacitum 1, 39, 3. & de militia Rom. 4, 12. quo pertinere uideatur quod idem Plut. in Philopœmene cap. 7. recenset: his erat praecipuum ut quieti expectarent, dum ab altero cornu rex signum punicea tunica hasta sublata dedisset. Apud Vopiscum in Aureliano cap. 24, quum Heraclammon locum ostendisset aggeris naturali specie tumentem, qua posset Aurelianus oculus ascendere; ille conscendit, atque elata purpurea chlamyde, intus ciuibus, foris militibus se ostendit, & in ciuitas capta est, quasi totus in muris Aureliani fuisset exercitus. Sic de Rhodiis Linius 37, 24, 3. in pugna nauali cum Annibale, signo sublato ex praetoria nauis, quo dispersam classem in unum colligi mos erat. Lyfander apud Plutarch. cap. 17. nauis

uigiorum speculatoriorum praefectis imperavit, quum ad medium pervenissent cursum, sustollerent ex prora clypeum aereum, quod signum incurrendi esset. Eodem fere modo Demetrius Poliorcetes apud Diodorum 20, 52. Signum pugnae, de quo consueverat, auratum nempe clypeum, omnibus per vices conspicuum, extulit. In pugna Antigoni cum Cleomene, quam describit Polybius 2, 66. signum inchoandi praelij, Illyriis quidem fuerat constitutum, ubi primum à proximis Olympo locis linteum attolli viderent: Megalopolitanis vero pariter & equitibus, cum primum Rex puniceum paludamentum attolleret. Scipio Numantinis circumvallatis, suis imperavit, ut quae prima turris ab hoste premeretur, prima vexillum extolleret, deinde mox aliae eius exemplo idem facerent. Appian. de bello Hispan. in eodem libro: interdum rubro panno haste praelongae infixo; noctu vero igni signum datum. Xerxes apud Herodotum 7, 128. consensa navi Sidonia, quam semper conscendebat quoties ei tale aliquid facere libebat, extulit signum ceteris navibus proficiscendi. Xenophon pr. lib. 7. *παιδείας* de Cyro: Praecepto etiam, ut ad signum respicerent, & aequali gradu sequerentur. Erat autem ei signum, aquila aurea in hasta sublimi extensa. Et hodieque signum hoc à rege Persarum adhuc retinetur. Plura eiusmodi vide apud Lipsium de Militia Romana 4, 12.

INCLUSA CRYSTALLO) Quomodo fere Romanorum aquila, sacello cuidam parvo inclusa fuit. vide Dionem lib. 40. ubi de Crasso.

3, 3, 9. *ORDO AUTEM AGMINIS*) Confer cum hac descriptione Herodotum Xerxis iter depingentem lib. 7. cap. 40.

IGNIS) Et originem ignis colendi, apud Persas, & Pyrea, siue templa igni initiata, & foculos, ignemque aeternum, ex optimis scriptoribus docuit vbertim Brissonius de regno Persarum à princ. lib. 2. ut operam lufurus sum, si plura velim congerere. Raderus.

AETERNUM) Huic similis fuit Vestalis Romanorum, de quo vide Lipsium de Vesta. Notatis apud Brissonium adde Max. Tyrium or. 38. post princ. *Igni sacrum faciunt Persae, igni alimentum suppeditant, acclamantque πῦρ θεοπωνε ἰδὲ ἰgnis domine comede &c.* Tiraquellus ad Alex. dies Genial. 4, 2. non absurde putat, hinc fluxisse morem apud posteriores Imperatores, quibus ignis praeferebatur, de cuius praelatione idem scripsit ibid. 1, 2. falsus tamen in eo quod Martiae quoque ex concubinis Commodi id tributum existimat, verbis interpretis Herodiani, non recte acceptis. Sic enim ille 1, 50. sic ut praeter ignem omnes honores velut Augustae tribueventur. Hic inquam, Tiraq. non animadvertit, quod praeter exceptivum esse vocabulum, idque velle, excepto igne reliquos honores esse tributos. nam in textu est, πλὴν & πρὸς. Potro nescio quem (Cedrenum forte, an Eusebium) secutus Altissiod. Chron. auctor in descriptione Asiae tradit Nembroth post confusionem linguarum in Persidem secessisse, ibique cultum ignis instituisse.

3, 3, 10. *TRECENTI ET SEXAGINTA QUINQUE*) Chaldae, Persae, Armenii, Syri, Hebraei, Aegyptii annum trecentis sexaginta quinque diebus circumscriptum habebant, nisi quod in illis quinque extremis variarent, quos alii aliis temporibus addebant. Persae veteres hodieque annum NEVRVZ nuncupant, quod solenne verni temporis significat. Romani sero admodum ad Persarum & reliquorum in Oriente populorum rationem temporum accesserunt, cum ab usque Romuli & Numae aeo perturbata annorum, mensium, dierumque via progredierentur. Licinius Macer, & Fenestella statim ab initio duodecim mensium fuisse scribunt annum vertentem Romanum. Sed Iunius Gracchanus, Fulvius, Varro, Suetonius, Censorinus c. 20. & alii tradunt magis credendum, annum ab initio decem mensium fuisse, ab ipso Romulo institutum, nec plures quam trecentos & qua-

quatuor dies complexum esse. Numa Pompilius [vide Florum nostrum 1, 2, 2. c.] adiecit vnum & quinquaginta dies, & ita continebat annus Pompilianus dies CCCLV. vnum amplius quam lunaris; vt autem responderet annus lunaris exacte anno solari, Numa Mercedonium voluit intercalari mense Februario. Ex vno autem & quinquaginta diebus confecit duos menses, Ianuarium & Februarium, quos mensibus Romuli præfixit, vt Ianuarius esset primus, Februius secundus, Martius (qui antea fuerat primus) tertius, & ita deinceps. Hæc copiose ex multis scriptoribus contra alios auctores ostendit, confirmatque Iacobus Christmannus ad Alfraganum. Iulius Cæsar in emendatis fastis assignauit anno dies 365. cum quadrante siue horis sex, quem Ecclesia secuta est. Sed quia tropicus annus qui certissimus est, ex mathematicorum effatis non continet integrum quadrantem ultra 365. dies, sed horas duntaxat 5. scrupula seu minuta 49. secundas 16. (quæ magnitudo anni media est inter maximam & minimam) factum est, vt tot sæculis à Iuliano æuo æquinoctium sedem suam pristinam, quæ erat dies 21. Martii deferret, & ad diem vndecimum perueniret. Sed has minutias fatius erit attigisse quam explicasse. Qui plura desiderat, Chronographos, quorum magna est copia, poterit adire. Raderus. Vide omnino Scaligerum Canon. Ifagog. lib. III. pag. 308. & de emendatione temporum lib. 3. vbi de Neuruz periodico veterum Persarum. habet & Lindenbrogius aliqua ad Censorium de die natali cap. 19. & Alexander in Genial. 3. 24.

3, 3. II. *CYRRVM DEINDE IOVI SACRATVM*) Fuit cum existimarem legendum esse *Soli sacratum*, ex Iustino 1, 10, 5. nam & *Solem Persæ vnum Deum esse credunt: & equos eidem Deo sacros ferunt.* Sic 2. Reg. 23. vbi de equo & curru Solis. Sed constat ex tot aliis auctoribus non hunc solum habuisse DEVM, sed & alios, de quibus Brissonium lib. 2. vide. ita vt potius credam Iustinum quo reliquis scriptoribus consentiat, explicandum esse, vt verba *vnum Deum*, non velint, solum atque vnicum, sed potius vnum ex diis, quomodo apud Tacitum 12, 5. 3. *vnum se cæsium*: & Florum 4, 12, 33. *vnum principum*, sic apud Iustinum *vnum Deum*, vt istud *Deum* sit secundus casus pluralis numeri.

ALBENTES VEHEBANT EQVI) Album colorem etiam Romanis sacrum fuisse ostendunt apud Agellium 10, 15. verba M. Varronis ex secundo rerum diuinarum super flamine diali hæc: *Is solus album habet galerum, vel quod maximum est, vel quod Ioui immolata hostia albato fieri oporteat.* Ceterum de his aliisque ad Persas pertinentibus, quæ ad auctoris nostri explicationem facere videbantur, non est vt quisquam post summum virum, BRISSONIVM quicquam dicat, qui hæc omnia accuratissime simul, doctissimeque tribus de regio Persarum principatu libris complexus est. quem ideo cuius historia Persicæ, vel etiam Curtianæ studiose, diligenter euoluendum esse censeo. Sed quod de equis albis fertur, eos apud Romanos diis fuisse sacros, atque adeo exemptos hominum vsibus, vt etiam Camillo quadrigis albis triumphanti grauis inde inuidia constata fuerit; id ego ad Florum 1, 5, 6. n. & in Indice eiusdem auctoris, voce *equus*, adductis aliquot auctorum locis refutauit: adeoque contrariam isti sententiam foui, vt etiam hoc inter solennia triumphi fuisse censerem, albis quadrigis inuchi. Sed negat discrete Plutarchus, & de eodem Camillo in vita cap. II. *triumphum duxit cum alias superbum, tum quod curru quatuor iuncto equis albis sit inuictus, nullo exemplo vel priorum vel insequentium imperatorum. Sacrum enim eum currum (quadrigas nimirum albas) habens, deorum regi & patri dicatum. cui concinit auctor de viris illustr. cap. 23. qui & accusatum eo nomine inuit: postmodum est crimini datum, quod albis equis triumphasset, & prædam inique diuisisset; die dicta ab Lucio Appuleio Tribuno plebis, damnatus, Ardeam concessit. Quorum tamen ea non est auctoritas, vt contra tot vetustiorum certiorumque, hæc qui-*

quidem in caussa, testium consensum quicquam illi tribuendum putem, præfertim cum auctores habeam, præter eos quos dictis locis citavi, iterum Ovidium de Ponto 2, 8, 49.

Sic tibi maturo fraternali funeris (an vulueris?) rictor

Purpureus niveis filius instet equis. Tibull. 1, 7.

Portavit niueis currus eburnus equis.

Claudianum de bello Getico versu 127.

Qui captas reges niveis egere quadrigis.

Nec minus clare Plinius in panegyrico cap. 22. hoc ipsum, quod ingressus es, quam mirum latumque? nam priores inuebi & importari solebant, non dico quadriga curru, & albetibus equis, sed humeris hominum, quod arrogantius erat. Sueton. Ner. 25, 1. Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit. Primum tamen Camillum ita triumphasse facile largiar ex Liviis 5, 23, 4.

3, 3, 13. IMMORTALES) Briffonius lib. 1. pag. 127. Hos & immortales appellatos fuisse, tradit ex Diodor. lib. 2. Reineccius in regno Persico. Alii sunt apud Herodotum 4, 93. immortales, Γίγαι nimirum ἢ ἀθανάτῳρες, ideo sic vocati, quod mori se non putent, sed enim qui defunctus est, meare ad Zanolsin.

MANICATASQUE TUNICAS) Signate dixit manicatas, ut mollietatem & delicias luxumque Perfarum notaret, militaribus enim viris parum conueniebant manuleata tunica: quapropter apud Virgilium lib. 9. Æneid. v. 614. Numanus Remulus Turni affinis, Ascanio (non Ascanius suis, ut perperam cetera doctus vir ad Callandram Lycophronis scripsit) & Phrygibus, probri ergo, obiecit cultum & manicatas tunicas, id quod Macedones poterant Persis dicere.

Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,

Desidia cordis, inuat indulgere choreis,

Et tunica manicata, & habent redimicula mitra,

O vere Phrygia, (nec enim Phryges) ite per alta

Dindyma.

Ceterum Romanis quoque vitio datum, si manuleatas tunicas gestarent: Cicero oratione in L. Catilinam secunda c. 10. quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talariis tunicis, velis amictos, non togis &c. Seneca de Epicuro Epist. 33, 3. Apud me vero Epicurus fortis est, licet manuleatus sit. D. Augustinus de doctrina Christiana. l. 3. c. 12. talares ac manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat: nunc autem honesto loco natis, cum tunicati sunt, non eas habere flagitium est. Agellius l. 7. c. 12. eleganter de manicatis & chirodotis tunicis tradit: Est & apud Ennium & Plautum in Pseud. 2, 4, 48. mentio manicatarum seu manuleatarum tunicarum. Apud Plautum contendunt multi scribendum manicatam tunicam, uti & apud Senecam. Nonius Marcellus eandem describit. tunica est vestimentum sine manicis, Plautus idcirco manuleatam addidit, ne improprie vteretur. Ennius probro Carthaginensium tunicatam inuentum voluit dicere. Græcis ἑξομα, eaque duplex, sine manicis altera, & altera cum manicis, vel una vel duabus, quas μασχαλίς καὶ ἀμφιμασχαλίς dicebant, de quibus videbis Meursium ad Callandram Lycophronis. Helychius exerte describit Ἀμφιμασχαλίς ἢ χιτὼν χειρῶν αὐτῶν ἑλισθίων ἢ Πλάτων, δύο χειρῶν ἔχων, ἢ μασχαλίς ἢ καὶ ἄλλοι λίγχοι. Amphimachus est tunica manicata ingeniorum (ut Plato docet) duas manicas habens, quas hodieque maschalias vocant. De his est ille locus Xenophontis lib. 8. Cyropæd. καὶ ἢ ἰππεὺς ἢ πάντες πάρεσαν καλαβερηκότις δὲ τῶν ἰππων καὶ διαρκότις τὰς χεῖρας διατῶν κινδύων, ὡς πορ καὶ ἄλλοι ἢ διαρκέσι ὅταν ὄρα βασιλῆος. Aderantque omnes equites, qui ex equis descenderant, insertis manibus per ipsos castris, uti & nunc quoque (manicis) inserti, quando à rege videntur. Hic obserua le-
tor

stor perperam hactenus ab interpretibus Xenophontis translata esse vocem *διερχόμενος* sublati manibus vel exortis, cum plane ritus & mos Persarum contrarium sensum desideret. Xenophon scripserat *διερχόμενος* à *διέρω* infero, insubulo, non *διερχόμενος*, vel *διερχόμενος* tollentes manus, vel sublati manibus. Lego enim, more Persarum, quicumque in oculos regum incurrebant, manicis manus inferuisse, ut rex, opinor, tutus illos transiret, aut in conspectum illorum prodiret. Quod usque adeo seuerè custodiebatur, ut qui id non fecissent, morte punirentur, cuius rei testis est Xenophon, qui narrat à Cyro minore regnum affectante, non aliam ob causam Autobasacem & Mitram interfectos fuisse, quam quod ei occurrentes manus intra manicas non contraxissent, quæ reuerentia solis regibus debebatur, ut in hæc verba docet Xenophon. *hîc* Græcè post pr. Hoc quoque anno Cyrus Autobasacem interfectis & Mitram filios Darii sororis Xerxis patris Darii, quod sibi occurrentes manus intra (*κόρα*) manicam non contraxissent seu coniuuissent. Est autem *κόρα* seu manica longior quam manus, adeo ut cum quis manum intra illam continet, facere omnino nihil possit. securitatis ergo causa fiebat. Eodem igitur modo debebant & equites manus intra candyas & vestes continere, quod verbum *διέρω* ostendit. traiectas puto fuisse intra manicam manus, ut hodie apud nos fit, quam vocamus manicam *Schlieffer* fessit. Raderus. Vide & Brissonium lib. 1. pag. 39. & in primis pag. 16. vbi eadem obseruat in locis Xenophontis, quæ hic Raderus. Sed & Leunclauius in notis ad Xenophontem ita legendum coniicit. Manicas porro Græculis sæpe obijcit Luitprandus in Legatione.

33, 14. *COGNATORUM REGIS APPELLANT*) Reuera enim non fuerunt, sed honoris causa ita dicti, vide Brisson. lib. 1. p. 132. cui pag. 71. vbi de conuiuio cognatorum, *συγγενικόν ἀγῶν* Athenæus appellat, addendus est locus eiusdem dipnosophiste 3, 28. *φιλικὸς δ' ἐν τοῖς Ἀπικτοῖς, πολλὰ καλεῖσθαι πνα ἀγῶν, ὅτι τὸ πρὸς τῶν συγγενῶν μόνον καταναλισκᾶται*. Philetas in *Atalidis* Spoletæ vocari panem tradit, quo soli cognati vescuntur. quomodo & supra lib. 1. *ζαμβροῖον πᾶν* nominat, quæ secundum Casaubonum cap. 23. solis Magni Regis generis proprie competebat. Idem ad Athenæum, animaduert. 2, 9. falsum putat appellationem cognatorum honorariam tantum fuisse, sine vlla rei veritate. De qua re ita sentio, fuisse qui reuera regis cognati & essent, & dicerentur: indeque etiam præcipuis honoribus & emolumentis gauderent; at in horum postea nomen & veluti gradum, honoris & virtutis causa adscitum esse magnum aliorum numerum, qui dicerentur cognati Regis, non essent, atque ita prout quæque occurrunt, vel de his, vel de illis accipienda esse: inter quæ & conuiuium, & inprimis panem cognatorum ad priores pertinere arbitror. hanc differentiam inculcare videtur ipse Curtius: cum enim hic *cognatos*, honorario vocabulo vsurpasset; mox num. 21. subiicit: *dextra lenaque regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum comitabantur*: ex quibus etiam fuisse puto decem illos legatos, quos *cognatorum principes* appellat infra 4, 11. 1. quomodo fere de Ocho rege Iustinus 10, 3, 1. *regiam cognatorum cæde & strage principum replet*. vbi de cognatis proprie dictis sermonem esse, satis ostendit Socer meus. quemadmodum apud eundem auctorem 11, 15, 7. querela Darii *viam sibi à cognatis ereptam, quibus & vitam & regna dederit, vix de aliis intelligi potest*.

33, 15. *DORIPHORI*) De Doryphoris & Melophoris corporis regii custodibus, qui ex immortalium numero erant, vide præcipue Brissonium lib. 1. pag. 128. & 129. vbi quod de Melophoris inter Alexandri satellites dicitur, confirmari etiam potest ex Polyani lib. 4. inter strategemata Alexandri num. 24. sic autem distinximus, pauciores edd. hæc in parte secuti cum curam excipiendæ vestis regis ad eos, utpote corpori regis proximis, aliaque similia ministeria obeuntibus,

pertinuisse, colligere liceat ex iis quæ de eorum officio Brissonius adnotauit. Vnde etiam in eam militiam iuuenes ætate atque forma florentes lecti sunt, quod apparet vel ex Polycleti Doryphoro apud Plinium 34, 8, 10. quem fecit *viriliter puerum*. *CVRRYM REGIS*) Augustin. quæst. ex utroque testam. cap. 115. *Regibus Indæorum mula placuerunt ad sessum: Romanorum autem non mula, sed equi: Garamanum autem, qui supra Tripolim Astorum sunt Regibus tauri placuerunt ad sessum. Persarum vero reges vehiculis feruntur. Nam veteres reges Persarum nec videbantur à populis. Et reges Madian camelis delebantur ad sessum, ita vt & colla eorum aureis ornentur torquibus. & Africani asinis malum insidere quam equis. sic apud Xenophontem à *υαβύα*. i. Cyrus exercitum Cilisiæ reginæ ostensus curru vehitur.*

3, 3, 16. *ALTERVM NINI, ALTERVM BELLI*) Cum veteres plerique habeant alterum in, alterum belli (ex quo correctores fecerunt, alterum *pacis*, *alt. b.* sicut & apud Plin. 35, 10, 35. est imago Belli) & in auctorem nostrum, & in magnum Scaligerum iniuriam me fore credebam, si certissimam eius emendationem non reciperem. Vide ipsum in Addit. de Emend. temp. pag. 751. Quamquam ne quid dissimulem, moueri quis possit eo, quod Arrianus 3, 3, 1. & 7, 3, 31. scribit, Alexandrum, Babylonem ingressum, instaurasse templum Belli, quod Xerxes diruisset. vnde suspicari possis, Persas haud magnopere honorasse Belum istum, neque perinde Darium eius effigie curru suum exornari voluisse. Sed dici possit, Xerxem diruisse templum illud odio gentis, non ipsius Dei: sicut nec hodie ab eorumdem sacrorum cultoribus, templis abstinetur: deinde Persas, etiam si pro Deo forte non habuerint, habuisse tamen pro viro magni & excelsi animi, adeoque pro fundatore imperii, in quod ipsi successerint. Potest & videri Xerxes, etiam si pro Deo eum coluisset, ira atque indignatione infelicis expeditionis, desertorum conatum à Deo suo pœnas exegisse. euertit enim eam adem, vt Arrianus ait, cum ex Græcia rediisset. quamquam Ælian. hist. var. 13, 3. id factum inuere videatur aliquanto prius, adeoque eam ipsam cladem Xerxi tum significatam fuisse, cum sepulchrum Belli diruisset. Hoc etiam Scaligeri emendationem inuauit, quod animaduertere licet, *Belli* nomen alibi etiam pari modo fuisse corruptum. v. g. apud Lil. Gyraldum lib. de annis & mensibus, sic legitur: *In græca vero historia nulle ferme & CCC. habet ab ipsius belli (pro Belli) principatu.* Et in Dion. Afri Geograph. pag. 55. f. cuiusdam veteris editionis idem vitium obseruauit. Sed & apud Casarem Ciu. 2, 25. portam *Belli* potius *Viticæ* fuisse, quam *bellicam* putem. Sicut in Herodoto 3, 155. & 158. fuerunt *portæ Belides* Babylone.

AVREAM AQUILAM) Signorum militarium & insignium, regibus primum & antiquissimum reor aquilam auum reginam fuisse; fouem imaginis auctorem ferunt, cum illam adhibuit in bello contra Titanas, inde ad Getes, ab his ad Troianos, à Troianis in Latinum demum ab Ænea depositam. Vlysses Aldrouandus Lipsium sequutus, ipsos Romanos inventores huius imaginis, & vsus constituit. Noster Delius Romanos à Persis aquilarum vsum sumpsisse censet, quod nec Lipsius inficiatur. Quod mihi vero non procul videtur, cum Persæ multis ante Romanos annis aquila sint vsi, vt Xenophon de utroque Cyro scribit. de prioribus VII. *παιδ.* *Erat ei signum aquila aurea, in hasta longa extensa, ac nunc quoque ipsum hoc insigne Persarum regi manet.* Idem in Cyro minore, i. *υαβύα*. *Regium insigne se videre dicebant, aquilam auream in pelta super hastam extensam.* Si Seneca credendum, fuit aquila iam in castris ante bellum Troianum. Sic enim ille Theb. 8. 389.

ita nudatis stetit

Acies

*Acies in armis: Area, iam bellum ciens,
Aquilaque pugnam signifer nota vocat.*

Sed cum Statius nullius aquilæ meminerit in tota sua Thebaide, Seneca hoc non ex Græcorum vsu, sed Romanorum more loquutus videri potest. Magna mihi copia esset narrandi, de his aquilæ insignibus, & religione, altaribusque, de quibus & Cicero aduersus Catilinam scripsit, & innumeri alii. ego actum non agam, præfertim cum & Gesnerum in promptu habeas, & post Gesnerum diligentissimum ornithographum Vlysses Aldrouandum. Raderus. Vide Lipsi. de Mil. Rom. 4, 5. De aquila aurea in pelta est & Philostrati locus in Heroicis, cap. de Themistocle: τὸ σημεῖον τὸ βασιλέως, ὃ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης ἔστιν. *Signum regium in pelta, aurea aquila.* De ipsa autem aquila consuli possunt & notæ Henrici Salmuthi in Pancirolli res deperditas.

3,3,17. *CYLTIS REGIS*) Quod antea monui, repeto, pro omnibus ad hæc talia sufficit vnus Brissonius: nos ea saltem subinde addimus, quæ ille non videtur aduertisse.

PYRPEREÆ TYNICÆ MEDIVM ALBYM) Brisson. lib.1. pag. 37. cui addendus Helychius: Σάραπις, περισκεῖς χιτῶν, μισοδάκτυλῶν. *Sarapis, Persica tunica, semialba.* Pollux: ὃ ἢ Σάραπις τὸ φέρμα πορφυρῶν, μισοδάκτυλῶν χιτῶν. *Sarapis amiculum porpuræum, albo distincta tunica.*

3,3,18. *ACCIPITRES*) Voluit Darius pallam accipitribus ornari, quod Darius prior omen imperii ex accipitribus, vt Herodotus l.3. c. 76. est auctor, acceperit. Raderus.

CORRPERENT) Ita in scriptis legi testatur præter alios & Palmerius ad Sallust. Jug. 59,3. vt quamquam in aliis legatur *concurrerent*, hanc lectionem non immerito vulgatæ antehabuerimus. ipsa vox explicabitur in Indice, quo hæc omnia remitti commodius atque decentius videbatur.

3,3,19. *CIDARIM*) Vide Brisson. lib.1. pag. 32. Alex. dies genial. 7, 28. & 5,18. Cidarid seu regii Diadematis apud Persas formam exprimi curauimus in frontispicio editionis Cornelii Taciti depictam ab amico nostro Iesaja Rumpfero, viro, quamquam gloria carminum Germanicorum præcellat, etiam pingendi peritissimo, ex nammo apud Anton. Augustinum.

PERSÆ VOCABANT) Legetim *vocant*, sic infra 3,13,7. vult Persas seu Parthos adhuc sua ætate ea appellatione vsos.

HOC CÆRPLEA FASCIA) Omnia quæ vidi exemplaria, & quæ non vidi, sed ex fide aliorum visa, etiam Mss. habent, *hoc cærulea fascia albo distincta circuibat.* Modius vel imprudens errorem silentio transmisit, vel dissimulauit. Acidalius ex Lipsio animaduertit, & conatus felix esse præ Lipsio Sulla, atque ex cærulea facit *erubea*, & *mibi*, inquit, *quod postū valde blanditur* addit idem modeste, *nondum tamen etiam satis se probauit.* Nempe suum cuique pulchrum. alii conijciunt legendum *hocce rubea*, nam quid est *erubea*, an vox in Latio cognita? cum nec rubeum Latina ciuitate sit donatum: acutissimus Lipsius ad Tacitum 6, 27,2. vel *coccinea* pro *cærulea*, vel *cæruleum*, vt referatur ad cidaris insigne, scribi posse existimat. Sed & ipse damnat fere suam coniecturam, nec Sullæ cognomen hic sibi ominatur, quod illi omnino Acidalius abiudicat, sibi transcriptum (quamvis timide, quasi diuinaret infelicem coniecturam) & vitiose colligit particulam, sic intendere, cum semel apud Virgilium Georg. 4, 145. simplici que vice apud Quindium, & Ausonium augeat simplex verbum, vt gelido sit frigidior *egeldus Boreas*, & *egolidum flumen*, & *edurus* pro valde durus. [ita Plinius sæpius.] Faceret probabilem scripturam, si ostenderet vsus nominis *erubeus*. Quid ergo, inquis, tu censeres?

Sphingem mihi optem. Curtius album & atrum narrat, cum hic *caeruleum*, mox 6, 6, 4. *purpureum* ponit: *purpureum diadema distinctum albo*, quale Darius habuerat, capiti circumdedit. Sed omnia exemplaria ita conspirant, ut propemodum *οφάλαρα* *ἀμνημονία*. Curtiumque *ἀμνημονία*, seu immemoria lapsum putem; quemadmodum & infra 3, 4, 11. peccauit in Lyrnesso Ciliciae vrbe, uti suo loco admonebo [mutauit tamen sententiam, nam ibi Curtium defendit] sed Curtium, ut benignius interpretemur, scripsisse reor; hoc *caeruleum fascia purpurea albo distincta* circuibat, ut etiam tiaræ colorem exprimeret, librarii vitio vocem *purpurea* præteritam. Ita insigne regum tribus coloribus illustre magis eminebat, albo inquam, rubro, & caeruleo. Sed mittamus incerta, & ad diadematis descriptionem veniamus. Diadema si notationem verbi & originationem specto, à Græco est *διάδημα*, redimiculum seu fascia, à *διάδηω* renuncio, cingo, redimo. *διάδημα* tandem ad regum tantum transit insignia. Forma diadematis non fuit nisi fascia candida & tenuis, qua regum frontes cingebantur, qualis in præcorum regum iconibus visitur. Lucianus colloq. Diogenis & Alexan. *ταυτίαι λευκῆν, candidam tantiam seu fasciam* dicit. Suetonius Cæs. 79, 2. *candidam fasciam*. Silius l. 16. v. 242. *vittam albatem*. [vide Pafchal. de coron. 9, 4.] Ammianus, *fasciolam candidam*. Valerius 7, 2, 5. ext. *pennum*. Stobæus *φάλαρα*. *regni insigne*, Curtius 7, 5, 24. *Decus capitis sui*; 5, 8, 13. ut & Seneca appellauit, Lilius 30, 12, 8. *regium insigne* Tacitus 2, 56, 3. *regium decus* Sallustius, *regie frontis notam* Seneca, *frontem regium in morem redimitam* Florus 3, 19, 10. *albatum diadema* Egesippus Raderus. ex Brissonio fere lib. 1. pag. 34. vbi plura. Vetus interpretes Leuit. 8, 9. *תַּתְּחַנְּנֵם אֶת־הַכֹּהֲנִים* interpretatur *Cidarim*. quam describit Alex. ab Alex. pag. 109. f. & 719. a. & ad eum Tiraquell. Non prætereo quod Nouus Cogitator ad Tacitum 2, 56. num. 7. Curtium ita explicat, ut *corideam fasciam* interpretetur *purpuream*, atque hoc significatu vocem eam aliquoties apud auctores reperiri dicat. Verum cum apud me haud magna istius hominis sit auctoritas, & alioquin locus Apuleii lib. 9. *Metamorph.* quem ille pro sua opinione citat, non habeat *caeruleus corruens*, sed *ceruus*, quod verbi ad eiusmodi casus representandos idem auctor & alibi adhibuit, sufficit mihi indicasse locum vbi ista disputat, & integrum lectori iudicium relinquere. *Purpuream* tamen colorem esse diuersum à *caeruleo*, Cicero quoque docet, *Academ.* 4, 33. respiciens ad locum Arist. de mirabil. auscult. cap. CXVI. quamquam amicus aliquis in Epist. ad socerum meum p. 111. scripta 9. Kal. Octob. 1637. velit à Latinis Scriptoribus *mare caeruleum* & *purpureum* eodem sensu dici. Sic hyacinthos Ouidio X. *Métam.* *purpureos* dici; Columellæ lib. X. *caeruleos*: Numidicas gallinas à quibusdam esse dici *crista rubra guttis distincta*; meleagridas *caerulea*, quas tamen veterum quidam habuerint pro iisdem.

3, 3, 20. *HASTATORUM*) *ἄρματοι* appellat Herodotus, quales & Xerxes habuit, quos equites fuisse non decerno, cum de peditatu speciatim subiungat Curtius. Sed Herodotus videtur pedites fecisse *ἄρματοι*. Raderus.

3, 3, 22. *SYSGAMBIM*) Diodoro 17, 37. est *Σισυγαμβίαι*.

REGINAS) Matrem & Vxorem opinor tantum reginas appellat. Quamuis enim legibus Persarum Regi, præteritis etiam, fas fuerit, non solum quot vellet pellices legere, sed legitimas vxores ducere (vt Cicero in Verrem lib. 5. confirmat, & Herodotus l. 3. c. 88. Dario quatuor vxores fuisse narrat) Dario tamen huic ultimo, non nisi vnicam fuisse intelligo. Raderus.

3, 3, 23. *ARMAMAXAS*) Persicæ mulieres & lecticis, & canuchis, quas proprio ac speciali nomine *Harmamaxas* vocant, vehentur. Maximus Tyrius sermone 34. *ἡρμομάχαις πάρεν Μελίτην, καὶ τεράπιζαν βαρβαρικὴν, καὶ Ἀρμάμαξαις*

ξαν Περσικῶν: miraris iuram Medicam, & mensam Barbaricam, & harmamaxam Persicam. Xenophon. lib. 3. παιδ. ἀναούτως ἐπὶ τῆς Ἀρμαμάξας οὐν ταῖς γυναῖκας, adscendentes in harmamaxas eum choribus. Item lib. 4. παιδ. καὶ ἄρμαμάξας γυναῖκων τῶν βασιλέων. & fin. lib. 6. καὶ αἱ ἑρῶπασι λαβῶσαι αὐτῶν ἀπὸ τῶν εἰς τῆν ἄρμαμάξαν. Item lib. 7. παιδ. ἀνιλομένη τ' ἔκρηον, καὶ εὐφραίνη εἰς τῶν ἄρμαμάξας: ἐν ἧ περι αὐτῆ ὄχρητο. qua sustulit mortuum, & imposuit in harmamaxam qua ipsa vehi solita est. Et alias, ὅς ἄρχη τις τῶν Ἀρμαμάξων. & lib. 1. ἀναβάσ. καὶ ἡ Κίλιος αἰφ' ἄρμαμάξας, & Cilicia regina in harmamaxa. Cuiusmodi harmamaxas mulis iungi solitas, ex Ctesia fragmentis colligimus. Brisson. lib. 2. pag. 239. Ceterum curruum hoc genus ad mulieres, aliosque molles proprie pertinuisse, exinde apparet, quod in omnibus Xenophontis locis, ubi harmamaxarum, ibidem & mulierum est mentio, quemadmodum & in isto lib. 4. παιδ' εἰας, de Craso: τῆς τε γυναῖκας ἐν ταῖς ἄρμαμάξαις ἀσσοαπὶ μὲν ἄνθρωποι, mulieres in harmamaxis praemisit. vnde Raderus lecticam curulem fuisse conjicit. harmamaxam sane apparet ita fuisse comparatam, ut molli- ter in ea vehi liceret, qua de causa etiam Alexandri nostri corpus huius generis carpento in Aegyptum fuisse vectum, ex Athenaeo 5, 9. didici: ἰερόνυμος (Ζυμφο- σταί) ἐν τῇ κἀγοσκόπῃ τῆς ἄρμαμάξας, ἢ συνίδαντι κατακομδῆσαι τὸ Ἀλεξάνδρου σώμα. Hieronymus (admirationem sibi conciliavit) ob fabricam harmamaxa, qua corpus Alexandri deferri contigit.

QUI EDUCABANT EOS) Mulieres & spadones, quamquam il- las remoueat Plato in Alcibi. 1. Puer (regius) educatur non à muliercula quadam ni- nice vili & obscura, sed ab eunuchis is qui in aula regia optimi censentur, quibus, pro- pter reliquam educationis curam, hoc etiam demandatur, ut deum omnem operam omnique ratione prouideant, quo puer quam pulcherrimus euadat, atque adeo componunt atque di- rigunt pueri membra: istisque officiis in magno sunt precio, tamen in tertio de legib. Cy- ri primum liberos, deinde & aliorum regum arguit ἑὸν γυναῖκων τε καὶ εὐνύχων παιδ' ὄντας, à mulieribus & eunuchis institutos. Dio Chryostomus Orat. XXI. pag. 270. Persas ait μὴ καὶ τρεφιδὸν ἑὸν τε γυναῖκων καὶ εὐνύχων τῶν περὶ εὐνύ- χων, diu (ad septimum vsque annum, ut auctor est Plato in Alcibiade I.) educari à mulieribus & eunuchis. Pucros quoque Eunuchis in disciplinam rectius quam aliis tradidi, Bagoas apud Lucianum in Eunucho hoc argumento contendit, quod tales magistri, nullam talem calumniam sustinere possint, qualem Socrates, quem ado- lescentulos corrumpere criminabantur, quam rationem contrario exemplo firmat Petronianus paedagogus.

HABD SANE ILLIS GENTIBUS VILIS) Tacitus 6, 31, 4. non despectum id (spadonem esse) apud barbaros, utroque potentiam habet. Cum enim ha- berentur pro fidelibus, non tantum custodia regis, educatio liberorum, sed exercitus & praefectura ipsis mandabantur, quod & posterioribus temporibus apud Christianos etiam principes factitatum est, clarissimo omnium Narsetis exemplo. De spadonibus vide Brissonium lib. 2. pag. 234. Xenophon. sub finem lib. 7. παιδ' εἰας de fide ipsorum: ἀδύνατος ἦν πιστότερον ἔργον ἀπὸ εὐνύχων ἐν ταῖς διαπραγματικαῖς συμφοραῖς τῶν εὐνύχων. Nulli alii magis spectata fidei facinora designarunt, in dominorum suorum calamitatibus, quam eunuchi. Herodotus 8, 105. apud quosdam barbarorum in maiori pre- tio sunt eunuchi quam integri, propter fidem. causam dicto loco ostendit Xenophon. & tangit Curtius 5, 12, 9. paucis spadonibus, quia quo discederent non habebant, circum- stantibus regem exempla possent afferri plura, ex quibus vnicum, quod & Marcellinus 16, 11. eximium putauit, ipsius verbis referemus: Ingenti praelio seperatus à Romanis & Pompeio rex praedictus (Mithridates) fugiensque ad regna Colchorum, adultam filiam nomine Dripeinam rextam asperitate morborum in Castello Sinhorio huic Menephilo com- missam

missam reliquit: qui virginem omni remediorum solatio plene curatam patri mississime ser-
uans, cum à Mantio Prisco Imperatoris legato munimentum quo clauderetur obsideri ce-
pisset, defensoresque eius deditionem meatuari sentiret; veritus ne parentis opprobrio puella nu-
bilis captiua superesset & violata, interfecta illa mox gladium in viscera sua compegit. The-
saurorum custodiæ solitos præfici spadones, clarum ex Plutarchi Demetrio cap. 31.
quo & exemplum Philetari qui Pergami regnum condidit, apud Strabon. lib. 13.
pertinet. Ratio videtur hæc fuisse, quod vxoribus atque liberis carentes, nec in
præfens ita magnos sumptus facere soleant, nec vt patres, teste Apostolo ad Co-
rinth. 2, 12, 14. *Ἰσσωρίζω τοῖς τέκνοις, thesauros colligere liberis studeant.* Quo inter
alia consilio hodieque eos qui ex voto cælibatum sectantur, magnis rebus admo-
ueri cernimus.

3, 3, 24. *REGIÆ PELLICES*) Brissonius lib. 1. pag. 77. quo loco
virum magnum decepit Iustinus 1, 9, 16. vbi Oltanis, vel, vt Herodoto vocatur,
Otanis filia dicit singulas pellices separatim recludi. quod ita accepit Brissonius, quasi
id ex instituto Persarum perpetuo factum esset. At Herodotus 3, 68. indicat id tum
primum à Mago noue introductum fuisse. *Namque hic vir, ait Otanis filia, quisquis
est, quem primum adeptus est regnum, nos deseruit.* (ergo ante simul habitantes) a-
liam alibi collocans. idque confirmant statim sequentia: *Audienti hæc Otani res est vi-
sa manifestior.* Memini me legere in descriptione itineris, quod in Orientem fecit
princeps Raziulius, epistola tertia, vidisse eum Ægyptium hominem qui ad tri-
ginta pellices haberet separatim reclusas, causamque interrogatum, respondisse, ne-
cessario id se facere, nam si inuicem occurrerent, mutuo se occisuras fore. Nam
& hodie gentibus illis multæ sunt pellices, non proceribus tantum, sed priuatis
quibusque. quod ipsum veteres apud Persas ita obtinuisse probat Brissonius lib. 2.
pag. 238.

TRECENTÆ SEXAGINTA) Et Plutarchus tradit in Artaxerxe cap.
43. Artaxerxem Persarum regem, quamuis haberet Atossam filiam, quam contra leges
duxerat vxorem, aluisse insuper trecentas & sexaginta præcellentissima forma pel-
lices. Dicaarchus lib. 3. vitarum Græciæ [apud Athenæum 13, 1.] refert trecentas
ac quinquaginta pellices Darium in omnia bella traducere consueuisse. quæ etiam,
quoties venatum exhibat, cum eo proficiscerentur, vt auctor est Athenæus lib. 12,
2. & lib. 13. Dipnosophilus. Causam autem hanc in rebus Persicis refert Dinon, cur
regina apud Persas multarum pellicum copiam perpetitur, quod Rex velut domi-
nus imperat vxori; & idcirco etiam quia pellices seruiunt Reginæ, eamque ad-
orant. [vt in Peruvia factum. Cronica del Peru 1, 41.] Ioniam vero regi magno pel-
lices suppeditare Maximus Tyrius ferm. XXXII. tradit. Popma. vel potius Brissonius.
apud quem quod de Themistocle refertur, reperias apud Diodorum 11, 56. qui idem
auctor 17, 77. mihi pæne persuasit, aut Curtium, aut librariorum eius, in numero pel-
licum harum errasse. nam ille sic indubitanter, vt nullus ambiguitati locus sit, 365.
fuisse indicat, eodem modo quo de iuuenibus supra 3, 3, 10. Curtius. sic enim ait de
Alexandro; *Concubinas insuper, prout Darius consueuerat, circumducere secum cepit: qua-
rum uerba diuina numero haud inferior erat.* quod si recipimus, & in hoc Curtii lo-
co, & infra 6, 6, 8. referendum est 365. pro 360. sed cum & Plutarchus & Dica-
archus dictis locis in numero varient, Curtium hoc nomine ad censuram non vo-
cabimus.

CALONVM GREGES) Xenophon lib. 4. *πυδίας, Hyrcanij, quod
ultimo loco iter facturi erant, etiam currus suos, & domesticos, ultimos habebant.* Nam
pleræque nationes Asiaticæ in expeditionibus, eos quos habent in familia, secum ducunt. &
mox:

mox: Asiatici cum expeditiones instituerunt, sic eas hodieque suscipiunt: ut rex maximi pretij secum sumant. Illis ergo custodiendis necessarii calonum greges.

3, 3, 26. NON ARRO) Ita rectius cum melioribus libris; nam alii præferebant non aurea. ad rem ipsam quod pertinet, vide Lipsium Polit. 5, 13. ubi disputat quomodo ornata esse oporteat arma militis. cui adde locum Onofandri citatum supra 3, 2, 12. Quintiliani institut. c. 1. post pr. Neque ego arma squalere situ ac rubigine relin, sed fulgorem his inesse, qui terreat, qualis est ferri; quo mens simul visusque perstringatur: non qualis auri argenti que, imbellis, & potius habenti periculosus. Seneca epist. 76. M. Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur: sed cui ad secundum subtilis acies, & mucro monumentum omne vapturus.

3, 3, 27. NEC TURBA, NEC SARCINIS PRÆGRAVE) Turbam hoc loco capio non de alia quam militum. nam calones & lixæ & huiusmodi alia in impedimentis sunt: utriusque igitur excessus inefficax, incommodus, obnoxius confussioni & insidiis hostium. primum de turba vide auctores quos collegit in Politicis suis Lipsius lib. 5. cap. 8. & Piccart. obseru. decad. 2. cap. 2. in primis Vegetium de re militari 3, 1. Hinc, ut ait Sallust. Catilina cap. 7. *multis in locis maximas hostium copias populus Rom. parua manu fudit.* qualia exempla militibus suis proponit Imp. Andronicus iunior: una cum his verbis *πολλὰς ἰσχυρὰ δυνάμεις παράλας τῶν βασιλέων παρὰ κατὰ κράτος.* multas scimus copias magnas à paruis facillime esse casus. apud Gregoram lib. 10. cap. 4. ita Cæsar innumeratas aduersariorum copias ipse cum multo paucioribus facile superauit. Sueton. Cæf. cap. 68. Obseruauit id Herodianus lib. 8. cap. 6. *Magnus saepe numerus à paucissimis, & qui potentiores creduntur, ab iis qui imbecilliores habebantur, victi superatque sunt.* cui concinit Annibal apud Liuium 21, 45, 13. *Sepe contemptus hostis cruentam certamen edidit, & magna ciuiliater inchiuque populi perleui momenta victi sunt.* quod ipsum & Crotoniensibus accidit, quorum centum viginti millia, à quindecim Locrensium millibus profligata sunt. Iustin. 20, 3, 4. alii auctores etiam plures Crotoniatis, pauciores Locrenses numerant. Idem tamen Crotoniata, dum eos Dionysius rix vires longo oio ex prioris belli clade resistentes, aggregauit; fortius cum paucis tanto exercitui eius, quam antea cum 100 millibus Locrensium paucitati resistuerunt. Iustin. 20, 5, 1. Sed & sacra litera longe certissima huius rei documenta præbent in victoria Abrami. Gen. 14. Gedeonis, Iudic. 7. Iosue, Ios. 11. Ionatha, 1. Reg. 14. Abia. Paralipom. 2, 13. Aia, Paral. 2, 14. Syrorum, Paral. 2, 24. Iudæ, Machab. 1, 3. Causas ei rei assignare promptum est, omnium autem sufficientissima magni illius DEI exercituum voluntas & arbitrium, cui non est difficile saluare vel in multis, vel in paucis. 1. Reg. 14, 6. Paralip. 2, 14, 11. Machab. 1, 3, 18. quique piis & se timentibus contra quoduis hominum robur expeditam victoriam promisit, efficacissimis admirandique ponderis verbis que legimus in Deuteron. cap. 7. ad quod auxilium impetrandum pauci procliuiores sunt, utpote quibus in semetipsis parum spei. quod eleganter notauit Gregoras lib. 4. post pr. *Providentia saepe multitudini equorum & exercituum non subseruit, exiguis vero copiis, & parum locuplete spe spes magis adest, maximasque victorias largitur.* Nam illorum stem arma saepe & reliqui apparatus abundantia velut adulterat, nec sursum ferri ad vna necesse dominum finit, sed grani quodam pondere deorsum premit, humique versari cogit: horum contra fiduciam penuria expeditiorem facit, ac propemodum ad pericrendum calum impellit, ac votis ardentioribus supernam dexteram euocandam. Humanae causæ in eo consistunt, quod multitudo neque disciplinae retinens est, & fiducia sui temere discrimen sumit. tum vero cum multis indigeat, difficulter parat copias: paratas, si pauca sint, celeriter consumit; si multa, moleste conseruat,

huic imminentia iuga Syennesis (rex Ciliciæ) obsidere, adiunq̄ue cissodire. Quapropter (Cyrus) unum diem in campis subleat. Ad hunc plane locum & castra Cyri minoris venit, ut Arrianus docet, Alexander, antequam Pylas seu angustias exploraret & ingrederetur. Aberant castra Cyri à portis Ciliciæ quinquaginta stadia in campo sita, ut monui. Strabo lib. 12. emendandus videtur ab operarum macula, cum ita scribitur *καὶ κερὶν σπαρταδὸν διὰ Τούτων*. Et Cyri (Cyri legendum) castra per Tyanas, Raderus.

IN LYDIAM DVCKERET) Ita scripsi, expuncta voce exercitum, ut superuacua, quam nec Danielis Ms. neq̄ duo Palatini agnoscunt. Vide Sigon. in Liuium pag. 57.

3, 4, 3. ARSANES) Ita potius scribendum iudico quam cum Aldo, & Eusebio, & Arriano 1, 5, 18. & 2, 1, 23. (quem vel hinc emendandum putem) *Arsanes*. ista enim terminatio Persicis nominib. vsitator. Immo si Herodoto 1, 139. credimus, perpetua. Nec sane moueor, quod in Æschyli Persis in prologo sic quoque reperitur *Arsanes*: manet enim adhuc prior ratio, & idem infortunium hunc quoque corrumpere potuit quod ceteros. nam & illorum haud minor est numerus, apud quos *Arsanes* scribitur.

MEMNON) Apud Arrianum 1, 5, 19. Diodor. 17, 18. Tale consilium apud Saxonem pr. hist. Danicæ legitur Dornonis Curetum Regis, quo loco verissime emendauit Barthius ad Claudian. in Rufin. 2, 110. *indemnes à telis Danorum victores fore poterimus. cum esset: indemnes aliis Danorum auctores.* His dictis, subiungit Saxo, *quæcumque tutatu difficilia animaduertit, defensionis dissidentia populatus, adeo hostitem sentiam in vastanda patria præcurrit, ut nihil quod à superuenientibus occupari posset intactum relinqueret.* Sed de hac re vberius ad 4, 14, 2. Quod hic subiicit Curtius, *populator terræ, quam à populationibus vindicare debueras: id nostris ducibus atque militibus tam exacte conuenit, ut multum operæ studiiq̄ue in hac Arsanis secta addiscenda posuisse videantur.*

3, 4, 4. IPGVMQVE) Tauri montis, quo Cilicia clauditur.

3, 4, 5. PAUCIS) Validum præsidium agnoscit Arrian. 2, 1, 21. nempe loci naturam respiciens, *quem, ut noster ait, vel pauciores obtinere potuissent.* Curtius paucos intellexit, collatos ad numerum eorum qui cum Arsane discesserant.

3, 4, 7. PYRAMVS) Xenophon lib. 1. *ἐναβ. Inde primis castris M. part. XX. ad Pyramum progressus. huius nihilo minor stadio latitudo est.* Strabo lib. 12. *per Cataoniam Pyramus navigabile flumen decurrit, mediis in campis scaturiens. & subiicit Strabo: est autem fossa memorabilis, per quam aqua pura longo spatio infra terram fertur, ac deinde in superficiem erumpit. si quis iaculum in fossam conorqueat, adeo resistit vis aquæ, ut agere mergatur.* Multa dein Strabo memoranda refert, & concludit: *Per montes elapsus Pyramus tantum secum arena afferi à Cataonia partim à Cilicum campis, ut oraculum quoque feratur:*

Isthec euenient, vastis quo Pyramus vadis

Tempore profuso continget litorea Cypri.

Apud Polybium 12, 8. pro Πόρον scribendum Πόγαρον [observauit hoc Ortelius in thesauro] quem alii Pinarum vocant. Raderus. Pinarum à Pyramo diuersum esse flumen, atque Πύραρον scribendum apud Polyb. docebimus infra 3, 8, 28.

3, 4, 8. CYDNVS) Xenophon lib. 1. *Per mediam urbem fluit Cydnus, cuius latitudo est duorum iugerum, hoc est, 250. pedum.* Strabo lib. 14. *Tarson, inquit, Cydnus mediam perfluit iuxta Gymnasium Iuniorum. Eius ortus non procul est, alueus vero per profundam vallem illatus recta in urbem ingreditur. Aqua est rapidissima & frigida, quapropter hominibus ac bestiis auxiliatur que nervos crassiores habent.* Arrianus 2,

1, 24. *Cydnus autem cum ex Tauro monte oriatur, & puro solo excipitur, fit ut unda eius incorruptissima, simulque frigidissima sit.* Tibullus 1, 7, 13. hunc laudat:

At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis

Caruleus placidis per rada serpis aquis.

Dio Chrysostomus in Tarsica prima: *Et hoc Cydno, qui omnium fluviorum commodissimus & pulcherrimus est, & qui ex eo bibunt, diuites & beati sunt Homero. Vitruvius 8, 3. Cydnum podagræ mederi docet, cruribus eo merlis. expertus est hoc Cassius Parmensis. [forte apud Plinium 31, 2.] Apollonius Tyaneus [apud Suidam voce Euthydemus: ex Philostrati Apollon. 1, 5.] Tarsenses usit, velut aues ad Cydnum otiosos federe solitos, eius amoenitate & pulchritudine ebrias. Solinus cap. 38. Hunc Cydnum, inquit, alij præcipitari Tauro, alij derivari ex alveo Choaspis [Hydaspis legit Willermus Tyrenf. histor. 3, 18.] tradiderunt. [Refutat hoc Salmastius] Qui Choaspes ita dulcis est &c. Ex illo igitur parente Cydnus miram trahit suavitatem. Quidquid candidum est, Cydnum gentili lingua Syri dicunt [Salmast. ad Solin. pag. 772. testatur in libris Mss. ita legi: quicquid candidum est, illinc homines Cydnum vocant. & exponit, illinc homines, sunt Cilices quorum amnis Cydnus.] Unde anni huic nomen datum. [Eustathius ad Dionys. vers. 875. ei nomen facit à Cydno Anchiales filio] Tamen vere, cum nives solvantur, reliqua parte anni tenuis est & quietus. [Et hinc conciliare possis Strabonem Tibullo, quorum ille violentissimum hunc fluvium, hic placidum nobis describit] Dionysius Alexandrinus de situ orbis: *Atque huic (mari Illico) multorum fluminum miscetur unda è longinquo orientium, Pyramique & Pinarum Cydrique flexuosi mediam per Tarsiam euntis.* Ex his emendes licet qui duorum fluminum nomina per ignorantiam miscent, Pyramum & Pinarum, cum diversa fuerint, ut hic discis. De Cydno Eustathius ad hunc Dionysii locum: *Frigida vero est Cydni aqua, confertque obstructione laborantibus.* immo & podagra scētis, ut Vitruvius docet, [item Plinius 31, 2.] & Baptista Mantuanus:*

De quoque tardigradam tactu sanare podagram

Cydne potens.

Stephanus Cydnon Bithyniæ flumen facit. De hoc Cydno Ciliciæ, non Bithyniæ, toto capite XIX. disputavit Bisciola l. 14. Raderus. Eum per mediam Tarsion decurrere, cum citatis, & Curtio mox 3, 5, 1. etiam Vibius Sequester testatur, & Paulsan. lib. VIII. pag. 502. p. Plinius 5, 27. *Cydnus Tarsum liberam urbem procul à mari secans.* Philostratus 1, 5. *per ipsorum (Tarsensium) urbem fluit Cydnus fluvius, frigidissimum esse ex libro Galeni de procataceticis causis facile conieceris. De Cydno, qui à qua liquore conspicuus, Tarsum interfluit, & Alexandri morbo, vide & Valer. Max. 3, 8. f. Quod Ortelius ex Leunclatio notat, flumen hoc Turcis Carasu vocari, pugnare videtur cum antiquorum testimoniis. nam Carasu, ut ipse Leuncl. hist. Musulmam. lib. II. tradit ab aqua nigra sic nominatur. Cara enim nigrum est Turcis. hic autem fluvius plane ex contrario ab albedine nomen accepit, ut supra ex Solino dictum est. certe puritatem aquæ omnes vnanimiter ei tribuunt, etiam Ovidius de arte 3, 204. *Lucidum* appellat:*

Vel prope te nato, lucide Cydne, croco.

& Ammianus 25, 33. *Cydnus grauisissimus amnis & liquidus.* Potius igitur Carasu vocatur, quod impetu veloci fluat, & profundus sit, ut alter apud Leunclau. in supplement. Annal. Turc. pag. 142. & 359.

3, 45 10. *LYRNESSI ET THEBES*) Iam pridem delatarum vrbium nuda loca, neque vestigia vlla præter nomina extantia. Est [Turnebus aduersar. 13, 15.] qui hoc loco Curtium erroris grauisissimi reum postulet, eumque nominis communicatione & societate deceptum affirmet. Atque fortasse deceptus est.

est qui deceptum putat. Nam Curtius secutus est Dionysium periegetem, qui in Cilicia quoque Lyrnessum ponit, uti Strabo lib. 13. Lyrnessum & Theben in Pamphylia extra [Taurum iuxta Ciliciam. Dionysii versus sunt 875. *Multe non deinceps Cilicum sunt vrbes, Lyrnessus, Mallusque, & Anchielis, Solique.* Ad quem locum Eustathius: *Cilicum porro ciuitas est Lyrnessus alia quam Troia: alio nomine Homala, in alio quidem sita, eo autem nomine à Mallo quodam dicta, qui illam condidit; vel dicitur modum. hoc est coronis, quas coruus olim rapuerat, ibique deposuerat, dicta est.* Itaque duplices Lyrnessum & Theben condimus, Homerianas & Dionysianas, quas Dionysii posuit hic Curtius, etsi illis Homericis multo ignobiliores, & obscuriores. Raderus. Ego potius cum Turnebo sentiam. nam neque Theben vllam ex Dionysio monstrat Raderus; & Lyrnessum, ab eo ita nominatur, tanquam extaret: quam tamen Curtius diu ante (quippe ab Achille) excisam vult, cuius Herois opera cum præcipue admiraretur Alexander; dubio protul monumenta rerum eius cupide visébat. quam & ipsam rem argumenti loco pono, non de aliis quam Homericis viribus hic esse sermonem, quod & apparet ex illis: *vulgata exminibus.* Quæ verba efficiunt, ut nec magno Salmasio plenam adhibere fidem audeam, quamquam ille ad hunc Solini locum conetur ostendere, Curtium has vrbes non ex Troica regione Cilicum, sed ex Pamphylia in Ciliciam suam transtulisse. Nam & in Pamphylia eo nomine vrbes fuisse ab iis quos Achilles ex antiquis Lyrnesso Thebeque eiecerat, conditas, auctoritate Strabonis asserit, quam cum Strabo à Callisthene (qui & Æneæ Siluius citatur in hist. de Asia cap. 90.) petat, suspicor, Callisthenem hoc ipso Alexandrinæ historiæ loco de iis viribus tractauisse, nempe cum Alexandri expeditionem per Pamphylia in Ciliciam scriberet. Ut ita credam Straboni fuisse eas vrbes in Pamphylia, conijciam & eas ipsas monstratas Alexandro fuisse: Curtium tamen, ex verbis eius, suspicor non de his sensisse, sed potius in animo habuisse Homericas. propter rationes supra adductas. nec enim infrequens est, ut in his talibus, immo & longe grauioribus, historiæ scriptores dissentiant. Lyrnessum in Lycia ponit Stephan. in *Σάεδηος*. Ceterum hoc loco vetustiores edd. habent, *Lyrnessi & Cebesii, specus quoque,* Mss. fere omnes *Lirnessi & Thebestii pontis quoque specus,* manifestis veræ lectionis vestigiis, quam qui primus restituerit, non reperio. non enim Turnebus fuit, si Ortelio credimus in *Cebesius: Est,* inquit, *qui Thebes hoc loca legit, & hanc lectionem video à Turnebo approbari.*

TYPHONIS QVOQUE SPECVS) Typho Græcis est procella turbinis. Plinium lege. De hoc Aristot. disputat in Meteoris, & Agellius. Iam ex hoc poëtæ gigantem ædificauerunt, quem aiunt è terra natum, *ἐκ τῆς γῆς γεννηθέντα* centicipitem ab Apolline interfectum, Ætnæ à Ioue subiectum expirare ignes. Alii Typhonem aiunt Ægyptium Osiridis, Ididis, Apollinis & Veneris fratrem, à quo Osiridem tradunt interemptum, de quo Berofus, Diod. Siculus & alii. Alii fabulas rursus ad naturam referunt, & fabularum ænigmata exponunt, quod in plerisque locis ex terræ spiritibus terræmotus gignantur, ignesque erumpant, quibus montes franguntur, & hos esse Encelados Æthæos, hos Briareos, hos Typhæos, hos Typhonas, quæ ego omnia poëtis & Mythologis relinquo. Pindarum Olymp. ode 4. & Pyth. ode 1. & 8. Homerum, Melam etiam, Gyraldum & Natalem Comitem inspicere. Raderus. Strabo lib. 16. specum Typhonis apud Antiochiam quoque ostendi scribit: *Orontes* (fluuius) cum prius *Typhon* dicebatur, *mutato nomine, ab illo qui in eo pontem fecit, Orontes est appellatus.* Huic loco Typhonis fulmine icti fabulam assignant, & de *Arimis*, de quibus à nobis supra dictum est. Aiunt draconem fuisse, & fulminibus ictum, dum fuge latebras quæreret, tractibus terram secuisse: & ut fons erumperet, effecisse: quæ *nomina*

nomen Rhexethra hinc obsinueris. Vide eundem auctorem lib. 5. vbi de Pythecufis, & lib. 13. in descriptione Lydiae, vbi Homerum & Pindarum citat. Istud autem antrum Corycium appellatur Eustathio ad Dionysii versum 855. ex Strabonis 14. libro, & Aristotele, quod describit Solinus cap. 38. ex Mela 1, 13. Strabo dicto loco. Est & aliud antrum Corycium in Phocide iuxta Parnassum, apud Herodotum 8, 36. Quir & Erythraei Corycium montem & in eo antrum ostendant, in quo natam Herophilam (Sybillam) dicunt, apud Paul. lib. 10. Apuleius pr. libri de Mundo ostendit id antrum à multis curiose descriptum fuisse, ipse penetralia Coryci vocat.

CROCVM) Vide auctores modo citatos, & Salmasium ad Solini cap. 38. de Corycio croco etiam Martialis epigr. 3. 65. 9. 39. II, 9. Sallust. H. 1, 4, 36. iter vortit ad Corycum urbem incultam, passusque nemore in quo crocum gignitur.

CETERIQVE) Arati nempe poeta monumentum, id eo referendum, inquit Mela 1, 13. quid ignotum, quam ob causam iacta in id saxa distillant, atque alia, seu Chryssippi Stoici, seu Philemonis Comici Solis natorum. Raderus.

NIHIL PRÆTER FAMAM) Pulchre Strabo lib. 2. *Naturalis quidem oportet referre locorum condiciones, cum permaneant, mutationi obnoxiiis in qua sunt adsciticia: quæquam harum quoque pleraque non sunt prætereunde, que aliquando saltem tempore permansura sunt, ac quibus aliquid fame & nobilitatis adhaeret. hæc enim etiam ad posteritatem locis illis inhærens effici, ut quasi adnata videantur ea, que iam pridem deserunt esse accidentia, ut facile appareat, horum quoque faciendam mentionem. Hoc enim de multis vrbibus licet pronuntiare, quod de Olyntho & vicinis dixit Demosthenes: quas ita ait deletas esse, ut si quis nunc ea ad loca perueniat, is dubitare possit nunquam ibi fuerit habitatum. Verumtamen in huiusmodi loca libenter homines proficiscuntur, ipsa vestigia tam nobilitatem operum capientes videre, sicut & sepulcra inclitorum virorum. eadem ratione legum quoque & formarum reipublice recordamur iam ibi abolitarum, utilitate ad hanc cognitionem non secus, quam ad actionum notitiam imitari. aut enim ut inuenimus ea, aut ut deuenimus, cognita nobis esse cupimus.* Tali itaque studio cognoscendæ antiquitatis Alexander tenebatur, ut patet etiam infra 4, 8, 3. & Philostratus in Apollon. 2, 4. dicit de Alexandro, quod fuerit ἀρχαιολογίας ἑταίρος, antiquitatis nimis amator. quemadmodum & æmulus eius Germanicus apud Tacitum 2, 54, 2. ardebat cupidine veteres locos, & fama celebratos noscendi. Sic & Paulus Æmilius apud Liu. 45, 27, 3. & Pompeius, de quo Appian. in Mithridaticis.

3, 4, 11. *CONFITEBATVR*) Quanquam in omnibus libris comparere dicatur hoc vocabulum, id ego tamen à suspitione glossæ non abfoluo, non magis quam illud arbitrabatur, de quo dicemus mox 3, 5, 16. Sic apud Liuium in oratione Nabis 32, 39, 6. neque enim se illos timere dixit, sed exules Argiuorum, illud dixit eliminandum esse facile apparet. considera Curtii locum infra 3, 8, 3. cum aliis similibus.

IN SPERNTES) Præ tuli hoc editionis Aldinæ, quamquam & impressorum & scriptorum plurimos ad stipulatores haberet altera lectio, quæ debebat particulam; sed ea sensum nimium facit acuriorem: nisi defuissent qui tantum propellerent saxa in subeuntes, sua sponte eos oppressura fuisse, absque vlllo alio labore aut conatu. Sic Tacit. H. 3, 29, 2.

3, 4, 13. *SCRIPTARIQVE CALLES*) Sic Germanicus apud Tacit. 1, 61, 2. præmisso Cæcina, ut occulta saltuum scrutaretur. quem ad locum plura. Leuis autem armatura ad explorandum eiusmodi loca, semper visa fuit aptissima, cum & impeditis locis facilius se reciperet, & si interciperetur, ad summam rei minus damnum esset.

MANVS OCCVPAVERAT) Vide annon rectius sit, *mann*. vt ad Alexandrum referatur *no occupauerat*.

NON ITER) Per loca periculosa incedens miles tam ad iter paratus esse debet, quam ad proelium, idque maximis ducibus semper curæ fuit. dicemus, volente DEO, in plenissimis ad Tacitum commentariis, 3, 51, 3. *incoessit iuicri & pratio*. Adde infra 3, 8, 23. & 25.

3, 4, 14. *TARSON*) Tarsus caput Ciliciæ omnium fere literis monumentisque celebrata, sed hoc vno felicissima, quod orbis doctorem nobis S. Paulum in lucem protulerit, vel potius educarit, Actor. 21, 39. facta parens tanti alumni, de qua Solinus *Matrem urbium habet Tarson, quam Danaos proles nobilissima Perseus locauit*. Idem, *Sed alij Sardaniatum conditorem laudant*. legendi Stephanus de urbibus, Dionys. Alexandrinus cum Eustathio, Alexander Polyhistor, præsertim Strabo lib. 14. qui multa & præclara de Tarso, & inde natis claris viris. Duæ præterea orationes Dionis Chrysostomi, dignæ viri eruditi lectione. Raderus. Iosephus, 1, 6. *Tharsensibus Tharsus*, Iapheti nepos, vt originem ita nomen dedit. Sic enim olim appellabatur Cilicia: cuius rei signum est Tarsus urbium eius celeberrima, ceterarumque princeps, prima nominis litera in saxi mutata. Ammianus 14, 25. Ciliciam vero, que Cydnò annu exultat, Tarsus nobilitas, vrbs perspicabilis (Salmat. ad Solin. legit, perspicua; nobilis hanc) hanc condidisse Perseus memoratur, Ionis filius & Danaüs; vel certe ex Æthiopia profectus Sandan quidam nomine, vir opulentus & nobilis. Strabo lib. 16. vbi de Antiochia Syriæ: tradunt Tripolemm ad inquirendam Io ab Argiis missum, cum illa apud Tyrium primo conspectui esset subtracta, per Ciliciam errasse: & Argiuis quosdam, qui cum eo erant, facta discessione ibi Tarsum condidisse. Willermus Tyrentis histor. 3, 18. cum Iosephi & Solini opiniones de conditore Tarfi protulisset, subiungit: *Potesse tamen vtrumque verum esse, & quod Tarsus (sic vocat Iosephi Tharsum) primus eam fundauerit, & quod postmodum eam reparauerit, vel amplauerit Perseus*.

SVBICIEBANT IGNEM) Sed sine effectu. nam Parmenio urbem conseruauit, nullum spatium relinquens barbaris perficiendi cepti. Sic cape illa Arriani 2, 1, 23. *Arfanes confestim ex Tarso ad Darium regem fugit, nullo damno vrbi illato*. quæ postrema verba non adiunxisset, nisi voluisset intelligi, præter animi sententiam nihil eum nocuisse. Ceterum idem fere huius vrbs fatum annotat Robertus Monachus histor. Ierolol. lib. 3. Nempè Christianis eo accedentibus, Turcos vrbe relicta fugisse.

NE OPVLENTVM) Quis hic mendum suspicetur? nec ego quidem. At omisso *E ne*, quam in libro nescio quo notauit, qui idem exhibebat *inuidens*, facit suspicari, an non fuerit, *subiciebant ignem, opulentum oppidum hosti (vel hostibus) inuidens*. Maneat tamen quod hætenus obtinuit. Acidalius. Nostri libri nihil hic à vulgatis variant, nisi quod *subiciebant* legunt pro *subiciebant*, vt fere semper in eiusmodi verbis solent.

PARMENIONE) Hic prima est mentio Parmenionis, primis tamen libris celebratum fuisse non sinunt dubitare bella Alexandri cum Græcis, Thracibus, Illyriis, Triballis & aliis gesta, vt fit ab aliis historicis. laudabitur frequenter infra. fuit proximus à rege dux & maior ipso rege. nam hoc elogium est de illo infra 7, 2, 33. *Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnæ rei gesserat*. Sed de Parmenionis cæde, laudibus, eiusque filio Philota suo loco dicemus. Raderus.

A SE CONSERVATAM) Metu aduentus sui percussis & fugatis hostibus, qui exitium vrbi moliebantur. Sic apud Liuium 35, 3, 2. *Consul urbem (Arretium) hand dubie seruata aduentu suo est ingressus*.

3, 5, 1. *MEDIAM CYDNEVS*) Omnes scriptores & geographi testantur Cydno mediam diuidi Tarson. Rhemmius Palaemon:

Flexilis & Cydneus, dirimit qui flumine Tarson.

Et Dionysius interprete Auieno:

Cydneus idem media discernit mania Tarso.

Cydnum supra descripsimus, eiusque egelidos liquores, hoc est frigidissimos esse monuimus. vnam tamen affectis & podagricis salutarem, infestam Alexandro & οὐμυβήθηδε, vt philosophi loquuntur, quod sudore madens & toto corpore incensus in gelidissimum amnem insiliret, quæ cuius exitiosa est, quando calor & frigus summis inter se viribus decernunt, & corpus veluti in medio positum ad exitium vrgent. spasmus enim & neruorum rigor stuporque inde existit, id quod Galenus ex ea causâ euenisse tradit. An Cydneus regibus fatalis est? Nam & Fridericus Ahenobarbus, maximus Imperator, eodemmersus, periisse fertur: quamquam alii in Armenia haustum Serra flumine, alii Salepho, alii Fararo, alii Ferro, alii Cydnum eundem fluuium esse in Cilicia putant, sed aliis atque aliis nominibus affectum. Exstat nobile Bidermanni nostri epigramma lib. 2. epigr. 91. de Friderici Ahenobarbi Imperatoris interitu, etiam Cydno hausti: *Cum Suenas traheret &c.*

Vnda fuit gelido quæ Cydni fluxerat aluen,

Iam dudum in magnos vnda maligna duces.

Obfuit illa olim Pellæo (vt fertur) alumno,

Membra ibi cui subito diriguere gels.

Nunc idem peperit Friderico funera Cydneus,

Obruit incautus quem violentus aquis.

Parcere debuerat Friderico Cydneus eunti,

Sat cito mersisset, cum rediturus erat. Raderus.

De Cydno mediam Tarson interfluente vide citatos supra 3, 4, 8. quibus adde Iustinum 11, 8, 3. & Willermum Tyrensem 3, 18. Hanc urbem intersectat Cydneus amnis. Alexandri morbum describunt præter Plutarch. in Alex. 29. Iustin. 11, 8. Orosius 3, 16. & Valer. Maxim. 3, 8. f. Arrian. 2, 1, 24. scribit Aristobulum tradere, Alexandrum præ nimio labore in morbum incidisse. Diodorus morbi mentionem facit, non causâ. Lucianus præ de domo cum pluribus consentit: *Alexander quidem expetuit in Cydno lauari, cum & pulchrum & limpidum conspexisset hunc fluuium, & tanto profundum, & leviter concitatum, & natatu incandens, & aestivo tempore frigidum: adeo ut etiamsi manifestus ipsi fuisset morbus, quo hinc laborasset, videatur mihi non fuisse ab hoc lauacro sibi temperaturus.* De Cydni frigore, & quomodo Alexandro nocuerit, ad medicæ disputantem Mercurialem Var. Lect. 4, 2.

CILICIÆ ORAM) Aperiuntur causâ ob quas inæstuarit Alexander, regionis ingenium, tempus anni, & itineris labor. amplius enim quindecim millia. ria nostratia nunquam intermisso cursu confecit, vt Tarsum incensam occuparet & seruaret. de aestu Ciliciæ Solinus cap. 38. à Ciliciæ finibus Asiaticum limitem despicit (Taurus) quantum meridiem videt, sole aestuat. Properabat Alexander à septemtrione ad meridiem. Iam si tota illa pars meridiana calet, quis aestus erit æstate? & quis ipso meridiæ diei, quæ omnia coniungit Curtius cum scribit. *tunc aestas erat, cuius calor &c. & diei feruidissimum tempus* (quæ vox non placet Modio: Aldus tamen, & Florentinus, & reliqui etiam vetustissimi codices omnes eam seruant) *exceperat.* nam ita Modianus liber, reliqui omnes *tempus exceperat*, ex ingenio Curtii est, *feruidissimum exceperat*. Raderus. Palatinus primus habet *tempus exceperat*. reliqui Mss. *tempus exceperat*. ego illam lectionem meliorem arbitror. Simile est in Dione lib. 40. vbi de Crassi pugna cum Parthis: *quippe media aestate, atque in meridiæ id febat.* Confer

fer & Liviū 44, 36, 1. De Cilicia vide Reinecc. tom. II. pag. 71.

3, 5, 2. *CULTVS CORPORIS*) Raderus hæc accepit de vestitu, quod ego secus puto. nec enim si talis fuisset cultus, ad eum ostendendum opus esset *veste de-posita. cultus corporis* hic intelligitur, quod alias *cura*, & *curare corpus* dicitur: quemadmodum vberius in Indice, quo hæc talia congerimus, exponitur.

DESCENDIT IN FLUMEN) Negant tamen natâre sciuisse, me-
moraturque apophthegma eius, quo cum flumine opposito prohiberetur hostem
aggredi, exclamauerit, *ô me pessimum, qui natâre non didicerim!*

3, 5, 5. *IN IPSO IMPETV*) Vere M. Tullius de Orat. lib. 3. c. 2.
*ô fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in
mediâ sepe spacio franguntur & corrumpunt, & ante in ipso cursu obruuntur, quam portum
conspicere potuerunt.*

NON IN ACIE SALTEM) Quæ mors viro & rege digna præ
illa *obscura & ignobili* vt vocatur mox 3, 5, 10. potuisset exclamare Alexander quod
Hippomedon apud Statiū 9, 506.

- - - *stitione (pudet!) Mari inclite merges
Hanc animam? segnesque lacus & stagna subibo
Cens pecoris custos; subitis torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeone occumbere ferro
Non merui?*

Pertinet huc & querela *Æneæ*, quem ita loquentem inducit Virg. *Æn.* 1, 98.

- - - *ô terque quaterque beati,
Quis ante ora patriam, Troia sub manibus altis,
Contigit oppetere!*

Albert. Aquisgranensis hist. Hierof. 3, 4. de Godefrido: *reminiscens multorum suorum infi-
gnium factorum, & de omni periculo se adhuc nobilitate ereptum, nunc vero vili morte à
eruenta bestia se suffocari dolens.* Scelerunt idem Numantini à Scipione circumfessi,
orantes prælium, vt tanquam viros occideret. Florus 2, 18, 13. qui auctor 3, 20, 14. prælio
inuentam mortem dignam viris & 4, 1, 13. *pulcherrimam* appellat. Igitur Imp. Alexan-
der apud Lamprid. cap. 62. *lætatus est, quod sibi mortem bellicam & imperatoriam cre-
deret imminere.* Adde infra 3, 8, 21. & 7, 10, 6.

3, 5, 6. *FAME ATQVE INOPIA*) Vide Gruterum discursu 52.
ad ista Taciti H. 2, 32, 3. *non frumentum, siquam exercitui, nec exercitum sine copiis reti-
neri posse.*

3, 5, 7. *QUEM AVSURYM ALEXANDRO SVCCEDERE*)
Maior enim moles erat, quam vt vnus subire eam posset, infra 10, 6, 37. quo loco vide.

CLASSE) Quam victis ad Granicum Persis remisit in Græciam, ficta
causa quod res magnorum esset sumptuum, reuera vt suis omnem ex acie & præ-
lio fugiendi spem adimeret, quod alii tradunt scriptores. (alias causas assignat Ar-
rianus 1, 6, 31.) Addit Diodorus 17, 23. hoc Alexandri consilium etiam posteros esse
secutos, & singillatim Agathoclem Syracusarum regem, magnam & insperatam vi-
ctoriam esse consecutum. Raderus. Alexander autem ipse secutus videtur exemplum
Corcyraeorum apud Thucydidem 3, 13, 22. Alia vide in notis amantissimi Soceri mei
ad Iustinum 22, 6, 4. quibus similia adnotat Viridungus in Agricol. Taciti 35, 5. cui
adde exemplum Cæsaris apud Florum 4, 2, 82. & Ischolaï apud Polyæn. lib. 2. Sed
& incunte hoc sæculo Mauritius Nassouius pari consilio remota classe, insignem
victoriam peperit. Lege Thuani lib. 124. Multaque similia exempla apud Zvvin-
geri theat. vol. 7. lib. 3. pag. 1795. quo pertinet illud Agarenorum qui ex Hispania
in Cretam cum appulissent, naues incenderunt, atque sic insula sunt potiti. Zonaras
in Mi-

in Michaële Balbo. Sic & oppugnante Constantinopolim Muhammede, *erant obse-
ratae urbis ianuae, quibus ad antemuralia patebat iter, ne qua fugiendi facultas militi esset,
ac propterea forius hosti resisteret.* Æn. Siluius histor. de Europa cap. 7. Adde Frontia.
Strategem. 1, 11, 21. Fulgos. 3, 7, 24. Herod. 5, 118. Ammian. 23, 11. de Iuliano, qui pon-
tem quo aduersus Perlas transferat, sustulit.

3, 5, 8. *COMMILITONEM*) Sic ipse se vocat infra 9, 2, 28. & reuera
erat: quare ipse mox 4, 14, 6. *nec postulare se, ut fortiter capesserent praelium, ni ipse cœ-
teris fortitudinis fuisset exemplum.*

ABRUMPI) Raderus, *abrumpi*, quod non spernam, si auctoritate libri
alicuius nitatur.

3, 5, 9. *LIBERIS MEARE SPIRITVS*) Ex hoc loco restituen-
dus est ille Saxonis hist. Dan. lib. 7. de filia Olau: *At ubi sensim reddidit vigor, spiri-
tusque liberius in ea re ceperat. ubi vir doctus ad Claudianum in Rufin. 2, 110. neque-
quam legit; in ea ire. apparet enim esse Curtianam imitatiunculam; & liberius mea-
re legendum esse. Sic infra 8, 4, 12. paulatimque spiritus, quem continueras rigor, meare
libere cepit.*

OB HOC SOLVM) Alii, *ad hoc solum*: Modius utramque illam parti-
culam eliminans, *hoc solum*, sicut & infra 4, 1, 30. *hoc ipsum concurrunt*, de quo Aci-
dalius his verbis: Bene utrobique, nec ego patronus isti vulgato *ad hoc* vel *ob hoc
ipsum*. Sed si semel atque iterum formulam illam recipimus, erit eadem recipienda
pluribus etiam & geminis omnibus locis. Vt 4, 10, 22. 4, 14, 3. 4, 16, 23. 7, 2, 2. ubi
ob id ipsum. Neque tamen temere quisquam ubique delendum *ob* censuerit, quod
nec ipse, minime quidem alias timidus, fuit ausus. In Propertio quidem 4, 418. re-
peries eadem facie, *Hoc unum*:

*Ille peti Nilum cymba male nixa fugaci,
Hoc unum inisso non moritura die.*

Apud Plautum vero, Terentium, aliosque infinita talia per omissionem & propter,
aut similitum particularum. Acidalius. Ex quibus verbis haud possum colligere, Aci-
dalius meatem Curtii aliter interpretari, quam Raderus eam capit; nempe ex hoc
solo visum esse Alexandrum commodius se habere, quod vim morbi sentiret. nec
opus est, ut sexto casu capias pronomen *hoc*, nisi particulam *ob* expungas: & si id
facias, certe quarto potius casu accipiendum erit, ut in aliis ab Acidalio allatis exem-
plis. Ipsum autem sensum huius dicti explicare est ex verbis Senecæ epist. 6, 1. *Hoc
ipsum argumentum est in melius translatis animi, quod vitia sua quae adhuc ignorabat, vi-
det. Quibusdam agris gratulatio fit, cum se ipsi agros esse senserunt.*

3, 5, 10. *ANIMVM ATTEM ÆGRITVDO CORPORIS*) Alii,
animi autem ægritudo corpus, inter utramque lectionem non multum referre primo
aspectu cum Raderus putes; sed si sollertius expendas, melior est, quam retinimus.
nam, quæ Alexandri erat condicio, corpus eius animum affecit, non vicissim: hic
enim nullam ante molestiam senserat, quam corpus affligeretur: accepit ergo ægri-
tudinem, non dedit, quomodo apud Liniu 1, 31, 7. Hostilio regi longinquo mor-
bo implicito *fracti simul cum corpore sunt spiritus illi fœces*. Alias enim tam animi
molestitia corpus, quam huius incommodis animum affici posse in confesso est. eoq;
lusit Nero in Pætu, referente Tacito 15, 25, 6. *ignoscere se statim, ne tam promptus in
pauorem longiore sollicitudine egresceret.*

IN CILICIAM FORE) Indicem adi, voce *In*.

3, 5, 12. *TAM SUPERBAS LITTERAS*) Puto intelligi quas ad
Satrapas suos scripserat, iubens, ut *insanientem istum Philippi adolescentulum* (sic enim
eum per contemptum vocabat) *verberibus prouerbis grauius casum, indutunq; post
resse*

veste purpurea, sibi vinchum traderent, nauibusque una cum nautis submersis, omnes eius milites ad vltiora Maris rubri transportarent. Bizar. Histor. Perf. lib. 2. & Chr. Bruno in supplemento ad Curtium lib. 2. Quo tempore Darius se consanguineum Deorum vocabat. Sidonius carm. 9, 54. Cognatosque sibi Deos crepantem. Adde Otton. Frising. 2, 25.

FORTVNAM MEAM) Vide vocem *Consilium* in Indice.

TEMPORA MEA) Quorum habenda ratio, ne dubitando, & dies prolatando, magna opportunitates corrumpantur. Sallust. Catil. cap. XLIII. f. Vide Lipsii Polit. 3, 8.

3, 5, 14. **IN POTESTATE MEDENTIVM**) Nam ea una artium Imperatoribus quoque imperat, verbis Plinii 24, 1. f. quod optime declarat exemplum Coterii, qui Ludouici XI. Galliarum regis medicus fuit. de quo Cominæus lib. X.

3, 5, 16. **ARBITRABATUR**) Rectius alii, arbitrabantur, nisi quod vtrumque glossam sapit. vide supra ad 3, 4, n. vbi verbum *confuebat*, ego si quisquam librorum adstipularetur, & illud, & hoc eliminassem.

PROPTER NOUITATEM) Nec enim ita liberum est medicis, regum periculo, vt vilium capitum, experimenta per mortis agere, vt loquitur Plinius 29, 1, 27. quin sepius, etiam cum abunde expleuerunt officium, ab iratis & superbis regibus, naturæ imperia suo exitio luunt. vide infra 10, 4, 32.

3, 6, 1. **SEQUITVS**) Albertus Sebifius malebat, *sequitor*: cum in nonnullis præcedat *medicos*: sed cum idem sit sensus, vocem consensu omnium receptam tenui.

FIDVS ADMODYM REGI) Sic distinxit: nec enim cum Acidalio & Radero putem opus esse copula inserta. certe non magis ea opus est hic, quam supra 3, 1, 16. Iouis templum intrat. Vehiculum &c. & 3, 4, 7. planiciem eius crebris distinguuntibus riuus. Pyramus & Cydnus inelyti annes fluunt. talia multa asyndeta in Curtio. sic infra 3, 7, 3. *Aesculapio &c.* ideoque alteram Acidalii opinionem amplexus sum, distinctione sensum ordinari posse, nisi quod alio, quam ille, loco distinguendum vidi. Confer Tiraquelli tom. I. pag. 209. pr. 2. & 227. pr. 2.

CYSTOS SALVTIS) Non qui armis illum defenderet, sed qui sanitatis eius curam ageret, & verbis Taciti 6, 50, 3. *valetudines eius regeres.* Quales antiqutis, hodieque magnates alere consueuerunt.

3, 6, 2. **TANTAMQVE**) Malim, *totamque*

3, 6, 3. **VICTORIAM IN EO POSITAM**) Quamquam nec manu vt solebat, exemplum facere militi, nec voce accendere posset, sola præsentia animaturus. quæ in duce magno, & qui multa virtutis suæ documenta dederit, tantum valet, vt cum eum modo vident milites hostesque, non ex præsentia eum æstiment, sed totum adesse credant, quantus vnquam animo, vigore, consilio, manu fuit. Exemplo sit apud Liuium 6, 8, 2. *Camillus iam ad munera corporis senecta inuadens, quo inuadente, hostes nec vis tantum militum mouebat excitata præsentia ductis, sed quod Volsorum animis (quippe admiratione & terrore viri ex antecedentibus eius gestis, plenis) nihil terribilius erat, quam ipsius Camilli forte oblata species.* sed ex recenti memoria Paulus Ciniſius, de quo Lud. Tubero in elegantibus sane comment. de temp. suis lib. 1. *fugon capiunt nulla magis alia re perterriti, quam terribili specie Pauli Ciniſi in prima acie magno animo versantis, atque ad pugnam suos adhorantis: facile enim sua ille Dux præsentia, ripote multis victoriis clarus, & suis animum addere, & aduersariis formidinem incutere poterat; cum plerique eorum qui in vtroque erant exercitu, sub ipso stipendia sepius fecissent; multorumque facinorum eius, quæ quidem res ad maiestatem nominis maxime confert, testes essent.* Sic de Vithero Pendragone Rossus in Britannicis:

L

Vithero

*Vber, ut id nouit, quamuis tunc temporis ager
Esset, & infirmus, se tamen inde leuat.
Moxque sibi feretrum fabricari praecipit, in quo
In medios hostes mollius ire queat.*

& Gotfrid. Hist. Brit. 8, 22. Sic Scipio apud Liuium 24, 42, 6. Eumenes apud Plutarchum cap. XXVII. Lutatius apud Valer. Max. 2, 8. Vurfandus apud Reginonem in Anno DCCCLXXIV. Vide & Iouium de Vir. Illustr. pag. 281. Hinc apud Arrian. de reb. post Alex. gestis, qui libri vtinam superessent, apud Photium in excerptis refertur, Eumenum quando praelio cum Cratero contendit, omnem dedisse operam, ut ignorarent sui Craterum aduersus se belligerare: ne fama adducti, vel castris suis deseris, ad illum transirent, vel certe apud se manentes, audaciores minus essent, qui cum illi dolus atque astus processisset, praelio quoque victor euasit. Altera causa est in eo, quod alacrius pugnant milites, inspiciente qui & praemia meritis, & ignauis poenas irrogare potest, idem seueritatis & munificentiae summus, ut loquitur Tacit. 1, 46, 2. & verbis Annibalis apud Liuium 21, 44, 19. virtutis spectator ac iustus. ideoque pericula minus pauent. nam, ut ait noster infra 4, 15, 24. ante oculos sui quique Regis mortem occumbere ducunt egregium. praesertim cum & infamia stunulet, ducem in periculo relinquendi, qua maxime ratione Sylla victoriam aduersus Archelaum adeptus est, qui inclinata suorum acie defiliis ex equo, arreptoque signo per medios fugientes viuit in hostes clamant: mihi milites hic alicubi decorum est occumbere; vos roganibus vbi imperatorem vestrum prodidistis, meminere respondere, Orchomeni. Hac vox conuertit eos. Plutarch. Sylla cap. 43. Ita Caesar Mundeni praelio discurrens inter milites hortabatur eos sublata a facie galea, quo magis agnitus pudorem eis incuteret: qui ne sic quidem metum reniserunt, donec ipse arrepto cuiusdam clypeo, sic proximos tribunos increpauit: Iam nunc & mihi vita finis erit, & vobis militia &c. Tum vero tribuni certatim tegerunt eius latera, & totus exercitus magno impetu promouens per totam diem dubio Marte conuinuauit praelium. Apianus Alex. de bellis ciuilibus lib. 2. Adde Gruter. discurs. in Tacit. cap. 15.

3, 6, 4. *A PARMENIONE*) Seneca de ira 2, 23. epistolam eam ab Olympiade matre fuisse scriptam prodit, quo loco Lipsius. Plerique omnes Parmenionis epistolam, non matris produnt: Arrianus 2, 1, 26. Plutarchus in Alex. cap. 30. Valerius 3, 8. f. Iustinus 11, 8, 5. Diodorus in hac re silet: at sub idem tempus accusatum a matre Alexandrum Lyncestis facit.

SORORIS) Plutarchus filiae *Porciae* scripsit. Sufficiebat medico & proditori empto soror. Raderus. Ita ei qui Constantinopolim prodidit Muhammedes filiam promississe legitur: sed vrbe capta iussit excoriari hominem, vt noua curre succrescente demum dignus fieret vxore Mahummedica. Vide Cuspinianum in vita Constantini IIX. Imperatoris.

ESSE CORRUPTVM) Quomodo Xenophon Claudii medicus, ei pro medicamento venenum dedit, vt refert Tacit. extremo libro XII. quod tamen aliter exponere tentat Canonherius ad Hippocratis VII. lib. aphorism. in prolegomenis. vbi purgat medicos ab hac obiectione, quod aliquando venenum propinauerint, & e contra multa exempla fidelissimorum medicorum recenset.

3, 6, 5. *IN VTRAMQUE PARTEM*) Eleganter infra 6, 6, 27. similem sensum expressit: *Versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud (vt solet, vbi prima quaque damnamus) subiciente animo.* Virg. Aen. 4. v. 285.

*Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.*

3, 6, 6. *SATIUS EST*) Vide infra ad 5, 11, 11.

3,6,7. *SIGILLO ANNULI SVI*) Ms. Pithæi : annulo sigilli sui, sed iterum infra 3,7,14. vulgata lectio firmatur, ignoti annuli sigillo impresso.

PLVINO CVI INCVBABAT, SVBIECIT) Sic apud Sallust. Jug. 71,3. Nabdalsa dormiente, Numida quidam epistolam, super caput in puluino temere positam sumit.

3,6,9. *LEVATO CORPORE IN CVBITVM*) Quidam Mss. in cubile, quod miretis. nam altera lectio veritati propior est, & aliorum exemplis firmatur. Petronius Satyrico : *Erectus igitur in cubitum ; hac fere oratione contumacem venauit.* vbi Bourdelotius : *Qui repente erant ex somnio quodam turbulento excitati erigebantur in cubitum.* Homer. Iliad. x. versu 80. *ἔγχεσθε δ' ἀρ' ὄψ' ἀγκῶν.* Aemil. Prob. in Attic. *hos ut venisse vidit, in cubitum nixus.* Propert. El. 1, 3. Fulgent. Mythol. prolog. Sic Hercules depingi solitus. Lucian. Lapithis. *κείσσομαι ἐπ' ἀγκῶν.* ὄϊον τ' Ἡρακλῆα γράφουσιν : *incumbam cubito, qualem Hercules depingunt.* Idem & tractatu de lectu. His Bourd. locis adde Phylarchum, apud Athenæum 4, 7. *ὡς τε τῶν ξίτων ἐνὶ τῶν παραλαφθῆντων ὀκνεῖν τ' ἀγκῶνα ἐπὶ τὸ προσοιφέλασθαι ἐγείσθαι. αἱ δὲ πρόπρον ἐπὶ τῷ κλινηεῖ ψιλῶ διακαεργεῦντες τῆς κλίβης παρ' ἄλην τὴν συνουσίαν, ὅτε τ' ἀγκῶνα ἀπαξ ἐγείσεται.* ut vocatis ad eorum hospitibus quidam cubito innitii corniculis cunctarentur, & qui antea toto conuiuii spatio in nudo cubili perdurabant, tum in lectis accumbentes, ne semel quidem puluinaribus cubitum fulcirent. Val. Max. de hoc ipso Alex. 5,1,1. ext. *quanquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus.*

TVM EPISTOLAM) Valerius Maximus 3, 8. f. discedit à narratione aliorum, & ab Alexandro, hausto demum poculo, ait Philippo Parmenionis literas porrectas. *Quas cum (Alexander) legisset, sine ulla cunctatione medicamentum hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit.* Arrianus 2, 1,26. contra legendas ait tradidisse Philippo, & ipsum interea dum alter legeret, hausisse. Plutarchus in Alex. c. 30. cum Arriano facit, simul & lectam Philippo epistolam, & haustum ab Alexandro poculum. Curtius cum Valerio videtur docere, sumpto demum pharmaco datas Philippo literas legendas, quamuis subobscurè, cum dicit : *haurit interitus: tum &c. hausto nempe medicamento. contra tamen est quod sequitur [mox videbimus] nunc sacro & venerabili ore trahitur: nisi legas, ut quædam habent exemplaria, accepit & hausit, tum epistolam.* Raderus.

CONSCIENTIÆ NOTAS) Ouidius

Hec quam difficile est crimen non prodeve vultu.

Iuuenalis 1, 167. - - - *rubet audior, cui frigida mens est,*

Criminibus, tacita sudant præcordia culpa.

Et Terent. Adelph. 4,5,9. *Erubuit: salua res est. Pallor in plerisque sequitur maiorum scelerum conscis.* Horatius Epist. 1, 1.

- - - *hic mirus aboneus esto,*

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Raderus.

Hinc exinio, ut solet. Barclaius lib. 1. *vultu aliquid ingens vel ausu, vel timente.* Nam, ut elegantissime Cicero de Orat. 3. c. 59. *imago animi vultus est, indices oculi.* Iterum de Orat. 2. c. 35. *Vultus sensus animi plerumque indicant.* Sic apud Tacitum 1, 12, 4. *vultu offensionem coniecitauerat.* Sic apud Lipsium in monitis politicis cap. 9. ex. 4. *introducitur & mulier. Hanc nossem, ait Princeps. colorem homo mutat.* Pulchre Boëthius lib. XI. Hist. Scotorum de Doneualdo, *Habet id animus sceleratus peculiare, ut ad omnia pauens, vultu aut gestu crimen prodai inuitus.*

3,6,10. *PLVS INDIGNATIONIS*) Indignantur infontes, pauent nocentes. Plautus Amphitruone act. 2. Scen. 2. v. 251.

- - - - que non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se & proterve loqui.

Val. Flaccus lib. 2. v. 263.

- - - - stabilem optima facta
Dant animam, maiorque piis audacia factis.

Malâ conscientia timidissimum facit, ut nescio quis apud Stobæum loquitur: *Sibi conscientium, licet virum audacissimum, Timidissimum facit ipsa conscientia.* Raderus. De qua re olim ad Tacitum I, 57, 3. *Sed iuuenis conscientia constabat.*

NUNC VERE ARBITROR) Placet Acidalii emendatio: *nunc vere ab isto sacro &c.* primum enim rectius scribitur *vere*, quam, ut habent alii, *vero*. Id enim dicit, semper quidem suam incoluitatem annexam fuisse regię: iam autem demum *vere*, id est, vnicę, & proprie, ita ut isto sacro ore, non magis regis, quam ipsius Philippi, spiritus atque vita trahatur, quem, si rex perisset, ne quadrigis quidem albis Iupiter supplicio eripere potuisset. Trahendi enim verbum hic ad spiritum, seu animam, vel si maus, ærem, qui hauriendo recipitur, pertinet: non, ut Raderus interpretatur, ad haustum medicamentũ hoc enim ineptum fuisset dicere: os tuum perinde spiritum meum trahit, quomodo hanc potionem, quam absorbet. Sed hæc est sententia elegantissimi sensus: Vita mea in tua salute posita est, nec os tuum, quo vitalem spiritum trahis, tibi magis quam mihi vitam prorogat: quo clauso, tam mihi, quam tibi necessario moriendum erit. Simile apud Senecam Epist. 104, 3. *cum sciam spiritum illius in meo veri.* Deinde ex eo quoque Raderi interpretatio subuertitur, quod Curtius (ipso fatente) innuit, prius bibisse Alexandrum, quam literas Philippo legendas præberet, immo si simul & iste bibisset, & hic legisset, credibile tamen esset, illum multo prius ebibisse, quam hic & epistolam perlegeret, & tot simul affectibus percussus in vocem illam prorumperet.

3. 6. 11. *PATERE MEDIC. CONCIPI VENIS*) Curę, præsertim, graues, auocant calorem à stomacho in caput, ut suum munus fungi stomachus non possit, nec cibum aut potionem, pharmacumve vllum digerere, & in venas spargere, adeoque *redditur medicamentum*, & plus nocet quam prodest. E ventriculo autem tribuitur ac diffunditur in totum corpus per venas, ut præter Hippocratis alumnos eleganter docet omnibus disciplinis eruditus M. Tullius Epist. fam. 16, 14. & 18. Raderus.

3. 6. 13. *DEXTRAM*) Quæ ut in deditos, supplices, aut sædus iungentes fidei, sic alias fauoris, & benevolentię est tessera: nos etiam in gratiarum actione solemus implicare dexteras. Atque hoc intuitu Darium Polystrato manum porrexisse potius crediderim, quam, ut Iustinus extremo libro XI interpretatur, ut id fidei regię pignus Alexandro ferret. cui fide regia à Dario nihil erat opus: ea enim tantum ad eos, qui in fidem, hoc est patrocinium, recipiuntur, attinet. Atque ita sensisse videtur & Sabellicus En. 4, 6. *Dextra pignus illi gratitudinis ergo detulit.* Sic hospites inter se iungunt dextras, vt ex Cicerone pro Deiotaro cap. 3. est colligere.

3. 6. 14. *NUNC CIBI, NUNC VINI ODORE*) Exspirat enim & exhalat id quod in cibo vinoque præstantissimum & subtilissimum est, vnde est quod coquos aiunt odore pasci. Certe Democritus è philosophorum senatu non potestremus, recens cocti panis odore, toto triduo fugientem animam retinuit. Laertium vide, cuius & epigramma super eodem facto Democriti extat. Est & elegans apud aurei oris scriptorem Chrysostomum medici artificium, quo deceptus febriens hausit ingratum sibi, sed salutare pharmacum. Imbuerat ille Machaon testam recens coctam & calentem generosissimi vini odore, in eaque medicamentum diluit. Æger simul
ori

ori vas admouit, falsus odore vini bibit medicatam portionem, ratus se vinum bibisse, & reualuit. Raderus. Megasthenes apud Plinium 7, 2. ponit ad extremos fines Indiae ab Oriente circa fontem Gangis, Astomorum (id est, ore carentium) gentem sine ore, corpore toto hirtam: vestiri frondium lanugine, halitus tantum viuentem, & odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum: tantum radicium florumque varios odores & syluestriam malorum, quae secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: grauiore paulo odore haud difficulter exanimari.

3, 6, 15. *MATRIS SORORUMQUE*) Quas ille impense amabat. nam infra 10, 5, 30. Olympiada immortalitati consecrare decreuerat. sed & in sorores, Cleopatram imprimis, tantum nimia indulgentia fuerat. recte ideo reprehensus à Plutarcho in præceptis Reipubl. gerendæ cap. 57.

3, 6, 17. *FELVT PRÆSENTI DEO*) Veteres omnino medicinae repertores excutoresque diuorum numero accensuerunt, diuinisque honoribus maclarunt, Apollinem inquam, Mercurium, Arabum, Dioscuros, Cadmum, Chironem, Asclepium, Æsculapium, Podalirium, Machaonem, qui & Homero *Il. d. 212. ἰσίδητος φῶς* laudatur, & alios, quod crederent tam excellentem disciplinam non potuisse humanis ingenii excogitari. proinde à Luciano Abdicato appellatur *Deorum doctrina*. Est elegans epigramma Lucillii Epigr. Græc. 139, 7. de Magno medico, Plutonem tremuisse mortuo Magno, quod ueretur ne etiam mortuos excitaret, ut de Æsculapio ferebatur.

*Μάγνον δ' ὅτ' εἰς αἰδῆν κατίβη, προμαὶν Ἀΐδωνος
εἶπεν, ἀναστήσων ἕλνθε κρηνηύνας.* Raderus.

Fuerunt & qui stulta arrogantia sibi metipsis ob medendi peritiam diuinos honores adscriberent, quorum Menecratem Philippus Alexandri pater vrbaniſſime fuit. ille enim adeo superbia turgebat, ut se ipsiſum Iouem appellaret. Misit autem aliquando literas ad Philippum Macedoniam regem in hæc verba: *Philippo Menecrates Iupiter salutem. ad ea rescriptis Philippus: Philippus Menecrati sanitatem. Consulo ut ad Anticyram te conferas.* Ælianus hist. var. 12, 51. vbi & aliam eiusdem Philippi vrbaniſſitatem exponit. Agesilao tribuit, perperam opinor, Plutarch. Apophth. cap. LXXXIV.

ERGA REGES SVVS) Erant enim *φιλοβασιλαιοι*. Plutarch. Æmilio cap. XL. Tales fuerunt Cappadoces, qui libertate à Romanis donati, negarunt viuere gentem sine rege posse, referente Iustino 38, 2, 8. tales omnes ad Orientem populi, vnde *suetus regibus oriens*, Tacito H. 4, 17, 7. immo omnibus gentibus, ut M. Tullius pro L. Manilia cap. 9. ait, *regale nomen magnum & sanctum videtur.* Eleganter Virgilius de apum cultu erga suum regem, Georg. 4. v. 210.

*non sic Egyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant.*

Sed omnes fere gentes superabant Persæ, quibus nomen regis pro numine erat. quo cum iterum apes comparantur apud Ambrosium Hexameron 5, 21. *Apes illæ quæ non obtemperauerint legibus regis, penitenti condemnatione se mulctant, & immoruntur aculei sui vulnere. Quod Persarum populi hodieque seruare dicuntur: ut pro commissi pretio ipsi in se proprie mortis exsequantur sententiam. Itaque nulli sicut reges Persarum tam grauissimas in subiectos habent leges.* Apud Brissonium lib. 1. late leges, quomodo Deorum honoribus colebantur, eos adentes humi prosternebantur, aliaque in hunc modum. Longe autem maximum eius venerationis argumentum legitur apud Herodotum 8, 118. Cum Xerxes nauis in qua erat, ob multitudinem vectorum laborante, de vita periclitaretur, magnum Persarum, qui cum eo erant, numerum sponte se in mare præcipitalle, ut sua morte vitam regis emerent. quippe in illis gentibus Regum eximia maiestas est. infra 5, 10, 2. Quibus

bus non absimilia de barbaris regibus traduntur à recentioribus. Sed & de Celtiberis olim à Sallustio fragm. 6, 9. apud Seru. ad Virg. Georg. 4, 218. *Se regibus deuouent, & post eos vitam reficiant: adeo illis ingenita est sanctitas regum nominis.* In primis autem memorabile est, quod narrat Elmacinus 3, 8. de Batiina: Cum legatus Regis Gielaluddaulæ ad eum uenisset, obedientiam exigens, quorundam ex affectibus suis accersiri iussit, & adolescenti cuidam ex ipsis annuens dixit, *interfice te ipsum, atque ita fecerit, tum alteri innuit, ut ex arce se precipitem daret, quod item fecit, & comminatus fuit: tum vero Rex legato dixit: eiusmodi 70000. subditi hac in me obseruantia feruntur, atque hoc tibi pro responsio esto.* Conradus Leo in histor. Mahometica Colonia anno 1596. edita scribit, in solennitate, qua Amurathis III. filius circumcidebatur ritu Turcico, quamplurimos Turcas in honorem Imp. sui, mortem variis modis sibi consciuisset, ut tandem expressa inhibitione, grauissimæque penæ denunciatione uerfantia hominum obuiam eundem fuerit.

3, 6, 18. *NISI DIVINA OPE*) Alii sine D. ope, quod probem, quamquam utrobique idem sensus est. Sic de Constantino Sozomen. hist. Eccles. 2, 32. *ἐπιτολῶνδης, ὡς ἐκ' αὐτῶν ἡλὲν ἡμεῖς, ὅτι οἱς ἐπιτολῶνδης ἄνδρ' ἦν, ἰσοὶ δὲ αὐτῶν, ἢ ἐπιτολῶνδης.* Vbi interpres in verbis posterioribus respexisse videtur Curtium. nam sic reddit: *In rebus non quas instituebat, haud scio an quisquam fuerit fortunator. Nam absque diuina ope, ut mihi quidem uidetur, nihil aggressus est.*

PRÆSTO VBIQUE FORTUNA) Quam solus mortalium in potestate habuit, infra 10, 5, 35. De qua quantum sit ad potentiam instrumentum, vide Lipsii Polit. 4, 9.

TEMERITAS IN GLORIAM CESSERAT) Verissime Plautus Pseudolo 2, 3, 13.

*ut quisque fortuna uirtus,
ita praecelet, atque exinde sapere eum omnes dicimus.
Bene ubi quod consilium dicitur accidisse, hominem catum
Eum esse declaramus: stultum autem illum, cui uertit male.*

Vide Plinium epist. 5, 21. f. Simili fortuna Marii omnia, non bene consulti modo, verum & casu data in virtutem traherantur, teste Sallustio Jug. 92, 2. & Ceriali apud Tacitum H. 5, 21, 5. subito consiliis, sed euentu claro, aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent. Sic apud Tacit. Germ. 36, 3. *Causis victoribus fortuna in sapientiam cessit.* Curio apud Cæsar. De bello ciu. 2, 31. *quasi non & felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiam imperatoribus, & res aduersa odia conciliant.* Pluribus id tractauit nuperrime, multa militari fama Dux Roanus in libro de perfecto Capitanco.

3, 6, 19. *IN RE MILITARI*) Bene se habet hoc, & tot Mss. fide nititur, contra quos hic nec Modii, nec Acidalii coniecturis faueam. De re ipsa dicemus, DEO bene iuuante, ad ista Taciti 13, 8, 4. *Specie inanium validus.*

GRATIORA VVLGO SPNT) Cuius fauor merito quaerendus, quantum bonis artibus potest. Impense tamen prospiciendum est, ut prudentia, quæ sola actiones distinguit, adsit: nam qui absque ea humanitati studere voluerunt, pro caritate popularium contemptum inuenere. quod exemplo Antiochi Epiphaniis ostendit Hippolytus à Collibus in principis sui cap. 27. qui in balneis popularibus semper lauabatur, sed tunc, cum balnea uiris popularibus plena essent. sed & absurdiora multo de Epiphane isto narrat Athenæus. Quomodo de Michaële Imp. Cedrenus & Zonaras tom. 3. quod aliquando reperta muliere, quæ è balneis domum redibat, de equo descendit, eamque domum comitatus est, & cum ea canatus pedes in regiam rediit, & huiusmodi nugis, quasi re bene gesta gloriari solebat: cum aliis delirare uideretur, atque odium sibi conciliaret. Eundem tamen Hippolytum, cum Patricio Senense pr. lib. 9. de regno & regis instit. aliusque

aliisque seueritatis grauitatisque magistris, hanc Alexandri humanitatem perpetam carpere, eique coniurationes seditionesque, quae postea extiterunt, frustra adscribere contendo. nam & ipsa res id euincit. donec enim humanum atque facilem se praebuit, vt pariter carus ac venerandus esset, effecerat: postquam in superbiam lapsus est, immortalitatem affectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat, aut regi, auersam sicut, infra 4, 7, 31. Non ergo fraudi fuit Andronico quem pr. historiae *πολιτικὸν τὸν οὐρανὸν* prudentissimum Imp. appellat Gregoras, quod reserente eodem in fine operis, adeo humanus fuerit, vt vrgentibus priuatis aliquando se pateretur ex superiore loco, qui proprie Imperatori comparatus erat, depelli, nec eam rem aegre ferret. quanquam certe eiusmodi patientia facile ad vilitatem proferre posset principes, si non alijs virtutibus contemptum amoliantur. Non igitur omittenda humanitas, sed prudentia temperanda est, laborandumque vt, quod efficit Alexander, pariter carus ac venerandus sis. quod egregie praeflitterunt apud Xenophontem Cyrus; apud Herodian. 1, 3. Marcus. In quod elegans est Callistrati monitum, quod Praefidibus quidem datum in l.19. de off. praef. non tamen incommode huc trahas: *obseruandum est in reddenti, vt in aduendo quidem facilem se praebet, contemni tamen non patitur* &c. à qua arte socerum suum commendat Tacitus Agric. 9, 4. nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut seueritas amorem deminuit. Sic Petrus Paruus Rosafontanus Eques Danus Regem suum Ioannem, in fine Chronici, describit: *Tanta grauitate, vt omnes dignitatem Regiam in eo plurimum reuerentur, & tamen ob comitatum singularem plurimum eundem amarent.* Pulcherrime Gregoras lib. 6. de Constantino Porphyrogeneto, Imp. Andronici fratre: *comitate & suauitate morum omnes facile adamantini sibi vinculis deuinciebat. Solet enim dexteritas & benignitas morum, in alioque dignitatis gradu, facile omnium animos sibi reddere obnoxios: quemadmodum verno tempore splendidi flores praeterueniunt oculos in se conuertunt.* Hoc illud est Indorum sapientum praeceptum: *Principem, quo natura sublimior sit, eo humaniorem se inferioribus se praebuerit, charissimum populo futurum.* Ad Lipsium Polit. 2, 16. cum notis, & Polit. 4, 12. Ciuilitatem Regia maiestate bene temperatam belle nobis describit Apollinaris epist. 1, 2. in Theodorico rege. Similis moderatio in Valerio consule, qui Licio 7, 33, 3. describitur *haud minus libertatis alienae, quam suae dignitatis memor.* Verum (vt verbis vtat Plinii epist. 4, 32.) *seueritatem istam pari incanditate condire, summaeque grauitati tantum comitatus adiungere, non minus difficile quam magnum est.*

EXERCITATIO CORPORIS INTER IPSOS) Pompeius apud Sallust. Hist. fragm. incert. 4, 46. *cursu alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis relictis certabat.* Sic, de M. Valerio Coruo Lilius 7, 33, 1. *Non alias militi familiarior dux fuit, omnia inter infimos militum haud grauata munia obeundo, in ludo praeterca militari, quam velocitatis viriumque inter se aequales certamina ineunt, comiter facili: vincere ac vinci vultu eodem, nec quemquam aspernari parem qui se offerret.* Itaque (vt mox sequitur) *uniuersa exercitus incredibili alacritate adhortationem profectus ducis, castris egressus.* Adde Plinii paneg. cap. XIII.

CYLVVS HABITVSQVE) Possent ingens catalogus texti tam eorum qui hunc Alexandrum, quam qui alterum illum Persico deinde factu corruptum imitati sunt, si praesentis instituti modus caperet. cuius memores contenti sumus breuiter id in memoriam reuocasse lectori: vt ipse recordetur, quo euentu illam istamue viuendi formam quisque sibi delegerit. Vide interim Lips. Polit. 2, 15. f. cum Notis. itemq; eius Monita & Exemp. Politica 2, 15. Piccart. obseru. 14, 1.

3, 6, 20. **VEL ANIMI ARTIBVS**) Explicet hunc locum similis ille Lilius 26, 19, 3. *Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab iuuenta in ostentationem earum compositus, & quae sequuntur.* Adde Suetonii Titum in pr.

3, 7, 1. *QUANTAM CAPERE*) Quidam editi; *quanta poterat*, nec bene dictum nego. Sed consensus Mss. tam Bongarf. quam Modianorum, & aliarum edd. in hanc sententiam me pertraxit, ut auctori sua verba restituenta esse crederem.

IN UNCTOQUE EO PONTIBVS) Cyrus minor cum ex Cilicia Babylonem proficisceretur, ubi ad Euphratem peruenit, reperit latum stadia tria. Non improbabile est à Dario in Ciliciam mouente haud procul ab eo loco, pontibus stratum fuisse. Raderus. Xenophon. *ἠναβία*. I. Cyrum transisse Euphratem dicit ad Thapsacum. *Cyrus ad Euphratem fluiuium procedit, cuius erat quatuor stadiorum latitudo. Ibidem vrbs ampla & locuples erat, cui nomen Thapsacus.* quod oppidum suo tempore Amphipolim vocatum fuisse Plinius scribit 5, 24, 8. appellatione haud dubie inde ducta, quod ab utraque fluminis ripa habitaretur. Vel, ut Amphipolis Thraciae appellata fuit ob circumfluentem Strymonem, Thucyd. 4, 21, 4. Nobilitarunt eam praecipue Geographi, dimensiones suas ad eam applicantes, qua de re multa Strabo libris prioribus. Ibi vada sunt, quae Cyrus sine ponte traiecit. Eodem loci Darius pontem struxit, ut ex Arriano 2, 3, 7. liquet: *ad Thapsacum urbem & Euphratem* (nimirum per pontem suum regressurus) *cum equitatu contendit, ut quam citissime posset, Euphratem inter se atque Alexandrum medium relinqueret.* & clarius 3, 2, 1. ubi & Alexandrum eadem transiisse scribit. *Alexander Thapsacum peruenit, &c. post eius (Mazae) fugam pontibus in ulteriorem ripam iactis, Alexander uniuersum exercitum transiuit.* Nisi tamen iste pons non ad tempus à Dario structus, sed perpetuo ibi fuit; quod innuere videtur Strabo lib. 16. *iuxta Thapsacum antiquus Euphratis pons erat ad Tigris transitum: ubi Alexand. cum exercitu traiecit.* Porro Arrianus Romanos etiam per Euphratem quoties necesse fuit pontem duxisse asserit 5, 1, 32. ubi & rationem illorum struendis pontibus explicat. addit autem *quoties necesse fuit.* alias enim ad Zeugma transire sunt soliti, ut Crassus apud Appian. de bell. Parth. quamquam enim ibi pontis tantum meminit App. ex Floro tamen 3, 11, 3. constat, eum ibi transiisse. ut ita contentus fuerit Appianus pontem dicere, qui ad Zeugma ordinarius erat & perpetuus. cum Seleucus struxerat, ut ex Plinio 5, 24, 7. discimus: *Zeugma transitu Euphratis nobile.* Ex aduerso Apamiam Seleucus idem vtriusque conditor, ponte iunxerat. Qui auctores faciunt, ut diffidam Dioni lib. 40. qui Zeugma appellatum scribit ab expeditione Alexandri, qui Euphratem ibi transferit.

3, 7, 2. *SOLUS*) De Solis vrbe passim scriptores, Dionysius de situ orbis verf. 875. & ad illum Eustathius, Strabo lib. 13. Solinus cap. 38. Mela 1, 13. Scholiastae horum, & antiquior omnibus Herodotus. [apud quem tamen non reperio solos, praeter urbem Cypriam hoc nomine] Ego ex Laertio in Solone ipsius natalem aperiā: *inde Solon (à Cræso) dimissus venit in Ciliciam, & urbem condidit, à se Solos appellatam.* Addit Laertius paucos ibi Atheniensium collocatos, eosque sensim patriae linguae inter barbaros oblitos cepisse *σολοικίζον*. Alii ab aliis barbaris affirmant Atticam linguam ibi deprauatam, indeque natum Solæcismum, qui colonias in omnes prope gentes & posteritatem scholasque deduxit. Solinus & Mela *Sole* non *Soli* scribunt, & Vadianus ex Hermolao, hic ex Ciccone conatur euincere, ut discoræ. Sed nusquam legi Solas, sed Solos. Et quo pacto aliter scribas Graece nomen multitudinis virilis generis? si muliebre esset, *Σόλων* dicendum erat, vnde Solæ, Solanum descendit. Seruo cum Curtio *Solos*, à *Soli* Solorum. Vt & Arrianus 2, 1, 31. Strabo lib. 14. ac alii *Σόλων* in quarto casu scribunt. Fuit & Cypri vrbs huic cognominis; & Africae promontorium apud Herodotum. Raderus. Apud Herod. 2, 32. & 4, 43. promontorium est *Soloeis*. Quod in quibusdam exemplaribus hoc loco *Solis* legebatur, Salmasius ad Solin. dicto loco, ait defendi posse, ex eo quod antiqui nomina urbium sexto casu plerumque proferebant, ætate Solini atque adeo superiore. Quod autem in aliis exemplaribus *Soli*.

Solini, & Melæ est *Soloe*, id mihi videtur accidisse ex veteri pronuntiatione Græci nominis Σόλοι, quæ non male sic effertur *Soloe*, ita scilicet, vt nouissimæ duæ vocales coalescant in diphthongum. Vt in Hieronymo ad Daniel. cap. XI.

MYLCTÆ) Quod propensiore erga Persas animo fuissent. Atrianus 2,1,31.

3,7,3. *VOTA PRO SALUTE*) A milite vel Alexandro, vel vtrisque, & hoc pro more, vt in Romana quoque Imperatorum & Græca historia passim apud Herodianum, Plutarchum, Lucianum, Pausaniam, alios cognoscas. Raderus. Votorum antiquissima est origo, vt ex historia sacra patet. eaque in omni necessitate & desiderio concipiebantur. nos exempla recensimus eorum, quæ proprie huc pertinent. Cicero Philipp. 10, 8. de Hirtio: *nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus, quicquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam conuulsi, quorum votis iudicauit se à morte reuocatum.* Item de eodem Phil. 7, 4. *Æquum, credo, putauit, vitam quam pop. Romani votis retinisset, pro libertate pop. Romani in discrimen adducere.* Idem Epist. ad Attic. vltima lib.8. *nec simulant, vt cum de illo egrotò vota faciebant.* Plinius lib. 7, 48. *ludis pro salute D. Augusti votis.* Tibullus 3, 5. f. in suo morbo:

Interea nigras pecudes promittite Diis,

Et nirei lactis pocula mista mero.

Sueton. in Caio cap.14. n. 4. *Vi vero in aduersam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non disuerunt qui depugnaturus se armis pro salute agri, quique capita sua titulo proposito vouerunt. & mox cap.27. mun.3. Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriæ operam promiserat; spectauitque ferro dimicantem: nec dimisit nisi victorem, & post multas preces. Alterum qui se periturum ea de causa vouerat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque, qui votum repositos per rivos agerent, quoad precipitaretur ex agere. Liuius 4,25,3. Pestilentia eo anno aliarum rerum otium præbuit. ades Apollini pro valetudine populi vota est. Adde eundem 1,31, 6. 5,13,5. 7,21. 7,27,1. Item 40,37,2. propter pestilentiam iussus consul Apollini, Aesculapio, Saluti dona vouere, & dare signa inaurata, quæ votis, deditque. & 25, 12, 14. Hæc est origo ludorum Apollinarium, victoriæ, non valetudinis ergo, vt plerique videntur, votorum. Pertinere huc putem eadem Apollinis Medici, apud eundem auctorem 40,51,5. Ibid. 43,21,10. Q. Marcio Philippo verba præcunte, populus in foro votum concepit: Si morbus pestilentiaque ex agro Romano emota esset, biduum ferias ac supplicationem se habiturum. quæ est ipsa supplicatio, cuius meminit 42,2,7. quæ priore anno valetudinis populi causa vota esset. & in simili causa 3,7,6. inopi senatus auxilij humani, ad deos populum ac vota vertit. Et 27,25,7. pestilentia causa & supplicatum per compita, vota vrbe est: & P. Licinius Vercus prætor vrbes legem ferre ad populum iussus, vt hi ludis (Apollinares) in perpetuum ad statam diem vouerentur. cui loco iunge 25,12,14. & 26,23,3. Sueton: Claud. 45,2. Quasi pro egrotò adhuc vota suscepta sunt. Tacit. 2,69,2. aduersa valetudine Germanici detentus, vbi recreatum accepit, vota que pro incolumitate soluebantur. Idem 3,71,1. Donum quod pro valetudine Augustæ equites Romani vouerant Equestri Fortuna. & de eadem valetudine 3,64,3. tum supplicia diis, ludique Magni ab senatu decernuntur, nempe voti causa. Liuius 39, 9, 7. se pro egrotò vouisse, vbi primum conuulsisset, Bacchis eum se initiaturam. & mox 39, 10, 1. religionis se causa, vt voto pro valetudine sua factò liberetur, Bacchis initiari velle. Adde Capitolin. in M. Antonino c.8. Propert. 2,9,25. & 2,28. Ouid. Amor. 2,13. & de Arte 2,327. Tibull. 1, 5. Albinouan. ad Liuiam, Vellei. 2, 48, 3. Iuuenal. Sat. 10, 283. Plutarch. Pomp. cap. 95. Dion. lib. 41. pag. 173. f. & Inscriptiones. vnde intelligas, pro quibus, quibusque diis, & quas res voueri olim consueuerit. Sed & pro bubus talia vota faciebant. Cato de re Rustica cap.83. *Votum pro bubus, vt valeant, sic facito. Marti Siluano in Silua interdius, capita singula bouum votum facito farris adores libras III. & lardi P. III. S. & pulpa P. III. S. vini sextarios tres. Id in vnum vas liceto conicere, & vinum item in mun-**

ras licet coniecer. *Eam rem divinam vel servus, vel liber licet faciat. Vbi res divina facta erit, statim ibidem consilio. Mulier ad eam rem divinam ne adsi, neque videat quomodo fiat. Hoc votum in amor singulis, si vult, licet vovere.*

QUANTA FIDUCIA BARBAROS SPERNERET) In hoc videri possit imitatus Cleomenem, in cuius vita Plutarch. cap. 15. *Populabundus finem Megalopolitanos ingressus, tum ingentem praedam congestit, tum magnam vastitatem edidit agri. Denique capus artificibus qui ludicram artem faciebant, & veniebant ex Messene, excitatis in hostico theatrum, exhibitisque quatuoraginta nimirum sumptu ludis, sedis illic ad eos spectandos unum diem: non quo duceretur eo spectaculo, sed ut hostibus quasi insultaret, & quam longe illis esset superior, cumulate illorum demonstraret despicientia.*

ÆSCULAPIO ET MINERVÆ) Illi quod Numen peculiare salutis crederetur, de qua re quia notissima est, nihil monebo, nisi quod eo nomine à Romanis pestilentia laborantibus, Epidaurò accitus est, ut apud Livium sine lib. 10. & Epit. II. Valer. Maxim. 1, 8, 2. & alios: Deinde morem, in dormiendi templo eius, ubi agri per somnium moneci credebantur, quid illorum valetudini conducere. Vide Cicero de divinatio. 2, 59, 9. Philostratum Apollon. 1, 5. & seqq. & in Polemone. Minervam autem præcipue semper Alexander coluit, cui & ante ad Ilium sacrificavit apud Arrian. 1, 4, 8. eique arma sua suspendit: & pollicitus est templum se illustrissimum conditurum. Strabo lib. 13. & infra 3, 12, 27. aram facrat: quam & 4, 13, 15. propitiat: & 8, 2, 32. victimis castis honorat, quod & Arrianus notat 4, 4, 12. Ceterum quod ad descriptionem huius loci attinet, vocem quippe alii hic inscriunt, quippe *Æscul.* quæ præterquam quod pluribus libris abest, sua sponte aliena est à sensu huius periodi. nisi igitur & hic asyndeton esse credimus, qualia supra ad 3, 6, 1. quædam adnotavimus, sic constituenda erit lectio: *Fota d. pro sal. fusc. per lud. atque ocium reddens, ostentui quamvis fiducia Barb. sperneret, Æsculapio &c. sic Facit. 1, 29, 6. Corpora extra vallum abiecta ostentui. Sallust. & lug. 2, 4, 6. ut Inguerib. scelerum ostentui essent. plura exempla Taciti require in Indice eius.*

3, 7, 4. **EX HÆLICE ARNASSO**) Quam urbem ipse captam exciderat, Persis in arces confugientibus. Arrian. 1, 7, 22. Diod. 17, 24. & seqq.

PERSAS) *Orontobatem Persiam qui Halicarnassi arcem, & Myndium, & Caunum ac Theram & Callipolim tenebat, à Ptolemao & Asandra victum cognovit. Accesserat ad victoriam & Cos, & Troipum. sic Arrian. 2, 1, 32.*

MYNDIOS) Quorum oppidum ipse, ipse proditionis, tentaverat, sed inuito successu. vide Arrian. 1, 7, 5. Parium fuisse oppidum etiam ex ioco Diogenis apparet, quem Laërtius refert, magnificas eius portas eludentem dixisse: *Viri Myndi, claudite portas, ne civitas vestra egrediatur.*

CAUNIOS) In quos est & ingeniosissimum illud Stratonici Citharædi, qui valetudinarios sibi homines esse conspiciens Homeri versum cecinit:

Οὐκ ἔστι φάρμακον γένος, τίς δὲ γὰρ ἀνδρῶν.

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum, atque incolis moleste ferentibus, quod urbem quasi insalubrem notasset, subiecit: *egone ausim insalubrem dicere, ubi etiam mortui inambulanti?* vide Strabonem lib. 14. & Dion. Chrysost. orat. 32. Porro hoc oppidum tam aliis pomis, quam præcipue ficibus nobile fuit, vide Athen. 3, 3. *qua condescendenti navim aduersus Parthos omen fecere M. Crasso, venales predicantis voce caunæ.* Plin. 15, 19. Vbi forte legend. *caunæ*, ut exprimat omen *canoneas*: quemadmodum apud Ciceron. de divinatio. 2, 40. *Cum M. Crassus exercitum Brandisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas videntes, Caunæ, clamitabat. Caunum in primis nobilitavit Protogenes celeberrimus pictor, qui originem inde duxit.* Plin. 35, 10, 42. **Ceterum**

terram plerique libri hoc loco *Canyndios* legunt, unde mihi suspicio est scripsisse Curtium *Orindios*.

3, 7, 5. *SPECTACULO LUDICRO*) Istud *ludæro* habuerim pro interpretatione vocis præcedentis. Nisi forte (quod p. in. Socer meus iudicabat) *spectaculum* potius est interpretamentum *ludicri* vt ignotioris. Certe Curtio *ludicrum* absolute pro spectaculo sumitur 4, 5, 11.

MALLOX) Vbi *Amphilochos* vt heroi parentauit: *quamque eius seditione laborantes offendisset, ea sedata, tributa que Dario regi pendere soliti erant, is remisit, quod Malli Argiuorum coloni essent, ipseque ab Heraclidis Argiuis oriandum se perhiberet.* Arrian. 2, 1, 34. Quem explicat Strabonis locus lib. 14. vbi hanc urbem describit. ex quo discet *Amphilochum* Argiuum conditorem fuisse Malli.

CASTABALVM) *Castabala* numero multitudinis scribunt Geographus [Strabo lib. 12.] & Plinius [5, 27. &] 8, 40, 3. Propter bella *Colophonij*, itaque *Castabalenjes*, cohortes canum habuere &c. Stephanus. *Κασταβαλα πάλαι Κιλικίας, καὶ Φοινίκης, καὶ κατὰ πρᾶξιν ἐκατέρωθεν.* *Castabala* urbs est *Cilicia* & *Phœnicis*, qua & *Perasia* vocabatur. Hic aiunt gesta, qua de *Oreste* & *Pylade* feruntur. Radcrus. Vide Strabonem citato loco.

3, 7, 6. *IBI*) Arrianus 2, 1, 34. leuiter dissentit, *quum adhuc apud Mallos esset.*

3, 7, 8. *ISSON*) Mirum dictu, Xenophon lib. 1. *Ἰσσοῦς*. Diod. Siculus 27, 32. & Melas 1, 13. *Isson* ingenem urbem; Strabo lib. 14. *Ἰσσοῦς* oppidulum cum statione appellat. Iterum Melas æuo suo nullam fuisse *Isson* affirmat. Stephanus autem *Issus*, inquit, urbs inter *Syriam* & *Ciliciam*, ad quam *Alexander* *Darium* vici, eoque dicta est *Nicopolis* ab illo. Ptolemæus tamen *Nicopolim* diuersam facit ab *Issô*, vti reuera est. Raderus. Hic etiam Cicero postea castra habuit se teste. pretium est opere nosse verba disertissimi viri. Sic igitur ille epist. fam. 2, 10. *Interea cum meis copiis omnibus vexatis Amanienjes hostes sempiternos: multi occisi, capti, reliqui dissipati: castella munita improviso aduentu capta & incensa. Itæ victoria iusta imperator appellatus apud Issum (quo in loco sepe, vt ex te audiui, *Clearchus* tibi narrauit, *Darium* ab *Alexandro* esse superatum ab eo exercitum ad infestissimam *Cilicie* partem. Idem ad Atticum 5, 20, 10. *Castra* paucos dies habuimus, ea ipsa, qua contra *Darium* habuerat apud *Issum* *Alexander*, quem *Aras* ibidem collocasse discimus ex eodem Cicero ep. fam. 15, 4.*

MILITES NOVI) *Callisthenes* apud Polybium 12, 10. scribit *Alexandro* *Ciliciam* intranti aduenisse ex *Macedonia* supplementi loco peditum quinque milia, equites octingentos. Raderus.

3, 7, 9. *ANGUSTIÆ*) Hic locus addi potest scriptoribus, quorum auctoritate *Amiratus* discurs. polit. 18, 1. similem sententiam tuetur, hostem qui in angustiis vexari possit, in loca plana non admittendum esse.

3, 7, 11. *SISENES*) Apud Arrian. 1, 8, 3. memoratur *Asiæ* *Perfa*, de quo quidem aliqua dissimilia narrantur: sunt tamen, qua persuadeant, eundem videri debere, quem Curtius hic nominat. Apud Iosephum reperitur *Sisines*. Vide *Lucian.* To. II. pag. 103.

3, 7, 12. *NABARZANES*) Hic quis fuerit, quidque de eo Curtius tradiderit, optime index noster in conspectum dabit, quem de huiusmodi consuli volumus.

MORIBVS SVIS EDERET) Et hic variant Codices. *Theocrenus* scribit; maioribus suis, & *Acidalius* suspicione ductus ita scribendum coniecerat. Mco animo vtrumque bene, seu *moribus*, seu *maioribus*. maioribus enim apte iungitur nobilitate, vt aliquid dignum sua nobilitate, dignum maioribus suis designet interficiendo

ciendo Alexandro, moribus suis generosis, audacibus, & facinoribus & factis olim haud imparibus perpetratis. Raderus. Ego etiam de postrema vocula subdubito, num magis *auderet* scripserit noster. vox ea familiaris, si qua alia, Tacito nostro. *Iuuenalis Sat. 1. v. 73.*

Aude aliquid breuius Gyaris & carcere dignum.

3, 8, 2. *DIVIDERET COPIAS*) Bonum consilium. non autem imitandum modicas copias habentibus, ne accidat quod Ioan. Frid. Saxoni apud Thuan. lib. IV. Pseudophilippo, in Supplem. Liu. 15, 39. quod periculum intelligebant Smalcaldici apud Thuan. lib. II. in literis ad maritimas ciuitates.

3, 8, 3. *ANCIPITEM FIDEM*) Hæc cum ita legantur in plurimis & optimis codicibus, sensum insuper commodum habeant; non facile assentiar vel Palmerio Modioque qui ita legunt: *ancip. fidem, mercede venalem prodicionem, imminui & diuidi &c.* vel Acidalio, qui ita: *anc. fid. m. v. prodicionem diuidi &c.* quib. si quid mutandum sit, præferam illud Raderi: *anc. fidem & mercede venalem prodicionem diuidi non ob aliud copias velle:* Sed ipse quoque sentit nihil hic mutandum esse. Idem iudicium est de seqq. verbis quæ sic format Acidal. *in diuersa transgressi quod commissum esses.* Præ quibus mallem, *ipfis* (Persis) *in diuersa digressis.*

3, 8, 5. *SPAM SEQUVTOS FIDEM*) Haud minus memorabili exemplo Zuleman rex Arabum in Hispania, quodam suadente vt auxilia Christiana dederi pateretur, respondit: *In securitate mee fidei aduenerunt, & ideo nunquam hoc facinus perpetrabo.* Roderic. Toletan. hist. Arab. c. 33.

TOT MILITVM) Ego quoque post Modium & Rader. reponendum huc putem *tot millium.* præsertim cum & vox *militus* proxime præcesserit. infra 4, 16, 8. *tot millia suorum.*

3, 8, 6. *NEMINEM STOL. CONSILIVM*) Eximia sententia, quam illustrat Lipsius Polit. 3, 8, f. Cui adde Thucyd. 3, 7, 9. *Moderatam prudentemque ciuitatem, vt nihil adycere honorum illi cuius præ aliis bonum consilium fuerit, ita neque præsentibus eum spoliare decet. Quod si quis minus rectum consilium dederit, is non modo multa nulla, sed ne ignominia quidem puniendus est &c.* Ciceron. ad Attic. 16, 8. *Quid debet qui consilium dat præstare præter fidem?* Ouid. Metam. lib. XIII.

--- Non hæc sententia tantum est

Fida, sed & felix, quum sit satis esse fidelem. Dion. lib. 52. vbi egregie Mæcenas ad Augustum: *Liberam dandi tibi ex animi sui sententia consilij omnibus potestatem facies, proposita securitate nam & si cuius tibi sermo probabitur, multum inde utilitatis ad te; & si non placebit, nihil incommodi redibit. quorum consilium sequendum existimabis, eos collauda ac honora (nam illorum inuenis gloriam tibi paries) quorum vero reijcies, nequaquam eos aut ignominia afficies, aut culpabis, quum ad eorum tibi voluntatem, non successum eius, sit respiciendum. Qui & huic monito sapienter paruit, Dio lib. 53. omnes adhortatus est, vt suum sibi consilium aperirent, si quid rectius inuenirent, libertatem omnem eis concedens. Adde Ludouici Gallie regis præceptum, cum aliis filio datum apud Til. lib. 2. rer. Gallicar. & Philippi II. Hispan. Regis, filio in quem imperium transfulerat, reprehendo, quod consiliarium bene monentem remouisset, prudentissimum factum, quod alicubi narrat Piccartus. Huc pertinet quod voluntas tantum præstanda sit; non euentus in consiliis, quod multis exemplis ostendit Piccart. Decad. I. 10. Cicero pro L. Manil. cap. XIX. Qua de re copiose & grauerit Demosthenes contra Æschinem, in de corona, post testimonia. cui affinis est sententia D. Pauli ad Corinth. 1, 4, 2. qui ad œconomos refert, quod hic in consiliariis requiritur. Eorum, qui aut ex eo, quod consuli sibi libere passi sunt, fructum, aut quod non paterentur, damna retulerunt, notiora pluraque sunt exempla, quam vt hic referenda sint. ¶ num adducam Xerxis ob insignem stultitiam,*

titiam, claro in omne ævum documento superbix, maximis incommotis punitam, qui cum prætores suos conuocasset, ait: *Ne videret meo tantummodo usus consilio, vos contrari.* Ceterum mementote parendum magis vobis esse, quam suadendum. Valer. Max. 9, 5, 2. ext. vide & Gruteri discurs. ad Tacit. cap. 37. Et infra, ad 3, 8, 29.

3, 8, 7. *SI RETRO IRE PERGAT*) Turpe sibi Darius tantus rex putabat futurum, si vnde venerat rediret, quod ipse fugam interpretabatur (& habebat speciem fugæ) hostem inde animum sumpturum, suos posituros; se timoris, quod in rege turpissimum est, ipsaque morte dirius, insimulatum iri. Itaque multis aut mutatio castrorum, aut abitus, aut regressus parum feliciter cessit, ut Liuius lib. 22, 23, & 44. narrat. De Pyrrho Iustinus 23, 3, 9. De Amomphareto nolente castra mutare aduersus Mardonium, Plutarch. in Artide cap. 34. De Constantino Pogonato Zonaras lib. 3. De Hannibale, etiam Appianus. De Mnasippo Xenophon lib. 3. Hellen. qui plura exempla desiderat, Gruteri commentarium adeat ad illa Taciti verba, lib. de moribus Germanor. *Et ipsa plerumque fama bellâ profligant.* Raderus.

FAMA BELLA STARE) Fama seruiendum est studiosissime, eademque sæpe negligenda & contemnenda, ne vanis rumoribus turberis. prius affirmat ipse noster Curtius & hic, & aliis locis. Liuius testis amplissimus accedat 27, 47, 4. *Famam bellum conficere, & parua momenta in spem metumque impellere animos.* Nec Tacitus dissentit 13, 8, 4. *fama in nouis ceptis validissima est & Agr. 18, 5. instandum fame, ac prout prima cessissent, fore vniuersa.* De hac bellica fama tam multa Gruterus loco paullo ante laudato, ut nec plura desiderare possis, aut legere velis, quæ nos indigitare tantum volumus. Contra tamen sæpe animus aduersus rumores firmandus. Liuius 22, 39, 11. *aduersus famam risonoresque hominum si satis firmus steteris.* Idem fere Patriculus 2, 115, 6. *Nonquam consilia ducis iudicio exercitus, sed exercitus providentia ducis regendusest.* Seneca.

Mille imperatur cum regis vulgus ducet:

Ad calamitatem quilibet rumor valet. Raderus.

Vide & Erasmus Adag. 2, 9, 19. *Multa in bellis inania.* & Grat. discurs. in Tacit. cap. 7. & similibus. Freher. in tractatu de Fama, & Rittersh. ad Gunther. Ligurin. 2, 454. Memorabilis est locus Cæsaris de bello Ciu. 3, 43. vbi dicit sibi hanc rationem fuisse, *ut auctoritatem, qua ille (Pompeius) maximo apud exterarum nationum niti videbatur, minueret; quum fama per orbem terrarum percrebuisse, illum à Cesare obsideri, neque audere prælio dimicare, & eodem lib. c. 56. ibidem laborauit Pompeius, ut famam & opinionem hominum teneret.*

QUI RECEDAT, FUGERE CREDI) Facit huc sententia Curionis apud Cæs. de Bel. Ciu. 2, 31. *Castrorum mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, & alienationem exercitus.* Herodian. 1, 14. *Bellum relinquere inchoatum, præterquam quod indecorum videtur, etiam periculosum est. Quippe audaciam barbaris iniicitus: neque enim remeandi cupiditate decessisse nos, sed aufugisse metu percussos ardebitur.* Liuius 22, 32, 3. *adcoque inopia est coactus Annibal, ut nisi tum fugæ speciem abeundo imiisset, Galliam reperiturus fuerit.* Hinc illa loquutiones apud auctores. Diod. 20, III. *ἀποχώρησεν ἀρχήματα, καὶ μὴ φυχὴν περὶ ἀπλοῦς.* Xenoph. ἀναβάσ. 4. *ὡστὶ ἡ περὶ αὐτῶν φυχῆς ἐγένετο.* Adde eundem pag. 606. B. Polyb. 2, 18. de Gallis, *φυχὴν περὶ ἀπλοῦς ἐποίησαν πλὴν ἀποχώρησεν,* quod ad verbum Cæsar de B. Gall. 7, 43. & Liuius alicubi; *fugæ simlem præfectionem facere.* Idem 28, 2, 14. de Afrubale: *signis repente sublatis, fugæ magis quam iuuenis modo penitus ad Oceanum & Gadis ducit.* & 25, 14, 15. de Hannone: *fugæ magis quam iuuenis modo in Britos rediit.* Inde notatur in Pyrrho turpis ab Italia discessus. Iustin. 23, 3, 12. Adde dictum Bretallii apud Cominæum 4, 10. Thuan. To. V. pag. 1021. p.

HYEMS INSTARET) Erant Persæ impatientes frigoris, & ob id hi-
berno tempore bello abstinebant. De quo Socrates Histor. Eccles. 2, 18. in Iuliano per-
suaso animam Alexandri in ipsum migrasse. Raderus. Quamquam ita huc non pro-
prie pertineant, ubi saltem de annonæ difficultate, quæ per hyemem multo grauior esse
solet, agitur, ut ostendunt sequentia.

NON SVFFECTVRA ALIMENTA) Sine quibus nemo bellum
diu vel prospere gesserit. Vide discurs. Gruter. in Tacit. cap. 52.

3, 8, 9. *SERVATO MORE MAIORVM*) Sic enim Cyrus, Darius,
Xerxes maximis copiis collectis ipsi præsentis neminem abire patiebantur, & vniuersas
vires in præliis adhibuerunt, quod ex Herodoto, Xenophonte, & aliis cognosci potest,
& miror à Briffonio non animaduersum. Raderus.

OBTVLERINT) Aldus & Pithæi codex; *obtulerunt*: alii *obtulerant*,
secutus sum coniecturam olim meam, quam nunc descriptis Bongarsii variis mem-
branis illius iuuari video. & sane requirit eum verbi modum oblique relata oratio.

3, 8, 10. *RITV IGN. FERARVM*) Plane germana his Tacitus A-
gric. 34, 3. *Quomodo silvas salusque penetrantibus, fortissimum quodque animal robore, pau-
da & inertia ipso agminis sono pelluntur.* Haud multum diuersum est illud Flori 2, 3, 4.
*Lignres inuis Alpium iugis adharones inter Farum & Macrum flumen, implicitosque diuis
siluestribus, maior aliquanto labor erat inuenire, quam vincere.*

OCCVLVERINT) Cum Modius legat occulerent, Acidal. occulerint, Bong.
occuluerint, adhaerendum putavi Aldo, cuius lectionem etiam Elz. nouissima præfert,
cum certe nulli aliarum sit posthabenda; forsitan & anteferenda omnibus.

3, 8, 11. *IN ILLO SPECV*) Ita vocat angustias montium, in quas
more ferarum se abdidiisse supra dixit. rideam, si quis interpretetur de specu Ty-
phonis.

HÆC MAGNIFICENTVS) Eiusmodi suspensionem amouet ab se
Scipio Liuii 21, 41, 1. *Non vereor, ne quis me hoc vestri adhortandi causa magnifice lo-
qui existimet, ipsum aliter animo affectum esse.* Solent enim quandoque duces confirman-
di militis causa, premere metus suos, & de suis viribus magnifice prædicare. Sic Æ-
neas apud Virgil. 1, 212.

Talia voce refert, civisque ingentibus æger

Sperit vultu simulat, premie altum corde dolorem.

Apud Liuium 28, 8, 1. *Philippus marebat quidem & angebatur &c. In concilio tamen diffi-
mulans agritudinem, elato animo disseruit.* Idque est, verbis Senecæ ad Polyb. 24, 5. *quod
duces magnifici faciant, rebus affectis, ut hilaritatem de industria simulent, & aduersas res ad-
umbrata lætitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem viderint, &
ipsi collabatur.*

3, 8, 12. *PECVNIA OMNI*) Arrian. 2, 2, 39. verisimilius scribit, ma-
iorem pecunie partem.

REBUSQVE PRECIOSISSIMIS) Bong. *rerumque preciosissimis*, æque
bene. sic infra 3, 13, 5.

DAMASCVM) Vide infra 3, 12, 27.

MORE PATRIS) De quo vide Briffon. lib. 3. p. 312. Quo & ipso, sic-
uti in pluribus aliis institutis, similes fuere Germanorum, de quibus idem prodit Ta-
citus noster G. 7, 3.

3, 8, 13. *AD FAVCES*) Cilicia ab occasu habet Pamphyliam, ab or-
tu Syriam, à meridie Illicum sinum, à Septentrione Cappadociam, qua venit Alexan-
der. Tres habet aditus perangustos, primus qua ex Cappadocia Tarsum versus tendi-
tur,

tur, qui tam arctus est, vt similitudinem portarum referat. Et de his faucibus & ingressu in Ciliciam, supra 3,4,2. sermo est. Alter est quo ex Cilicia per portas Amanii montis in Syriam exitur, haud procul Isso: tertius ad portas Syriae est. Media, post aditum est campestris, per quam Pyramus & Cydnus fluit. Ternae pylae sunt auctoribus nominatae, pylae seu portae Ciliciae a septentrione, quibus per angustias venitur in campestrim Ciliciam: alterae ad Amanii montis radices, quibus in Syriam aditur, & Ciliciae finitur. Tertiae portae Syriae seu Ciliciae sunt extremae ad sinum Issicum, quem attingunt iuxta mare. Hic Camertis, qui Solinum commentariis illustrauit, errorem emenda, portas Cilicias cum Amanicis confundentem, cum & Curtius, & Xenophon, Strabo, Solinus, & alii auctores, diuersas affirmant. Nam Ciliciae portae, quas Alexander ingressus suam felicitatem & hostium stultitiam admiratus est, sunt quibus ex Cappadocia, vt dixi, aditur campestris Cilicia. Amanicae, quibus exitur in Syriam. Syriae seu Ciliciae sunt tertiae, quibus finitur Cilicia versus orientem, diuersae ab Amanicis. Raderus ad 3,4,2. Idem hoc loco addit: Emendandus ergo & Abrahamus Ortelius in descriptione expeditionis Alexandri, qui Pylas Amanicas ponit, vbi debebat Syriae & Ciliciae collocare. Vide & Eustath. ad Dionys. v. 585. Polyb. 12, 8. &c. & Ciceron. in Epist. fam. 15, 4. Ibi: *Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria, quorum vterque paruis praesidiis propter angustias intercludi potest; nec est quidquam Cilicia contra Syriam munitus. Sed me Cappadocia mouebat, quae patet a Syria &c.* Illas angustias Ciceroni vocari suspicor, quod ibi castra habuisset, apud Elmacin. Hist. Saracenicæ 3, 4.

3, 8, 14. *NEC DEBITA FERRE PERSAE*) Quin & alii istarum partium omnes, de Sanaballe Iosephus 11, 8. *Persasum erat non ipsi tantum, sed & omnibus Asiaticis, ne primum quidem congressum expectaturus Macedonas.* de Cilicibus Diod. 17, 32. *suis praesidiis victoriam Barbaris despondent.* Sed sefellit hoc loco Persas conuersio Macedonum. Haud dissimile est, nisi quod in acie accidit, quod narrat Polybius 1, 76. *Amilcar, vt videt hostem in suos ferri inconsultus, verti aciem totam imperat. igitur qui a fronte erant, hos flectere se, ac retro properare iubet: eos vero qui in extremo agmine prius erant, post factam conuersionem circumagens, in aciem instructos inimicis opponit. Asri & mercenarii fugere Carthaginenses ex paenore rati, solutis ordinibus eos inuadunt &c.* Sic apud Caesar. de bel. Ciuil. 2, 40. *Curio ad superiorem spem aduicta praesentis temporis opinione, hostes fugero arbitrans, copias ex locis superioribus in campum deducit. Sed improspere euentu. Felicius, vt omnia, Caesari cessit error, siue erroris simulatio fuit, in pugna ad Mundam, cum cohortes hostium quinque per transuersam aciem acta, quas Labienus perclinantibus castris subsidio miserat, fuga speciem praebuissent.* Florus 4, 2, 83. Adde Xenophontem extremo lib. 4. *avaβar.* Similia Macedonibus aliquoties euenisse credibile est, ex eo quod Philippus & hic Alexander Macedoniae euolutione in praesidiis vt desierunt, quod ea similitudo fugae, animos addebat hostibus, & suis terrorem inferebat. Aelian. tactic. 34, 4. *Qui sane terror ex huiuscemodi causa conceptus, & Romanis apud Liu. 1, 27, 8. negocium exhibuit: & Graecos post Alexandri mortem desciscen-tes prodidit.* Vide Diodor. 18, 7.

3, 8, 15. *PRÆCISIS ADPSTISQVE MANIBUS*) Adde infra 5, 5, 6. & de crudelibus Persarum supplicis Brisson. lib. 2. pag. 259. & deinceps. *Syri fugiuu (seruili bello) captiuorum manus non ad ipsas commissuras & internodia, sed cum ipsis simul brachijs abscondebam.* Diodor. in excerpt. apud Valesium pag. 372. *Quanta autem haec sit feritas, pulcherrime expressit Florus 3, 4, 7. in bello Thracio: Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus donisi. quippe in captiuos igne ferroque saeuitum est. Sed nihil (attende!) Barbaris atrocius visum est, quam quod abscisis manibus relictis, viuere superstitibus poena sua iubebantur.* quo loco notam nostram vide. Floro in eadem historia addendus Marcellin. 29, 26. f. *Sagittariorum vero primoribus manus incidit* (Theo-

(Theodosius) residuos supplicio capitali multauit, ad emulationem Curionis, acerrimi illius ducis, qui Dardanorum ferociam in modum Lerneæ serpentis aliquotiens renascentem hoc genere penarum extinxit. Sic in Appiani Hispanicis legimus, Scipionem, dum in obsidione Numantix esset, quadringentis Lutiensium iunioribus, qui ciuitatem ad Numantinos trahebant, manus amputasse. Accidit idem & illis qui ab Hannibale transfugerant, quos cum ille solerti commento suspectos hosti reddidisset, comprehensa Romanis, & amputatis manibus remissi sunt. Front. 3, 16, 5. Quam hinc, & ex Liuiio 22, 33, 1. suspicaris ordinariam fuisse tum exploratorum poenam. Fuerat & latronum homicidarumque in Gallia usque ad annum 1535. quo constitutum est, ut contractis artibus rotæ imponerentur. Beuther. lib. 4. Non dubium quin huc pulchri sensus dicti sint in controu. viri fortis sine manibus, qui apud Senec. controu. 1, 4. desiderantur.

VT COPLAS SVAS NOSCERENT) Ita Valerius Læuinus Cos. cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset, magnamque copiarum suarum fiduciam haberet, circumduci eum iussit, terrendique hostis causa exercitus suos visendos speculatoribus eorum quoties voluissent, patere. Idem olim fecerat Xerxes Græcis exploratoribus in castris deprehensis, vt Herodotus lib. 7. c. 146. Plutar. apoph. 6. & Polyænus Stratag. lib. 7. refert; & postea Scipio, vt Appianus lib. bell. Punicorum. Raderus. Vide & supra 3, 1, 7. Pertinet huc Plutarchi Demetrius cap. 26. qui Lyfimacho ex omnibus regibus sibi infestissimo, quique contra se ad soluendam Solorum obsidionem in Ciliciam venerat, oranti vt machinas suas & classem ostenderet, concessit. Egregia narratio est de Græcho in Liuii 40, 47, 9. vbi legatis Celtiberorum ait: exercitus se egregio fidentem venisse, quem si ipsi visere velint, quo certiora ad suos referant, potestatem se eis facturum esse: tribunisque militum imperat, vt ornari omnes copias peditum equitumque, & decurrere iubeant armatos &c. Eadem confidentia Blasium Axeretum Genuensium classis præfectum ferunt, cum Alphonfus Rex Pandonem tantquam legatum, ad eum misisset, non tam, vt cum illo pacisceretur, quam vt inter colloquendum, omnia oculis collustrans, exploraret, qua nauium magnitudo, quanta copia, qua postremo animorum fiducia hosti esset: dixisse; vt regi libere renunciaret, quocumque videret onerarias, auro & preciosis mercibus referatas esse: quas si in potestatem suam redigeret, se procul dubio, suisque omnes ingenii præda ditatum iri. Pizarus hist. Gen. lib. XI. Fulgos. lib. 3. c. 7. Vbi etiam narrat bello, quod iidem Genuenses cum Pisani gesserunt, cum vtrique in hostium urbem, sub aliarum rerum prætextu, inspecturos, qui apparatus fierent, exploratores misissent: utrosque libere in vrbe sua iis permississe omnia inspicere, & ad suos inspecta scribere. Idem scribit & Egnatius lib. 3. cap. 6. Adde Fulgos. 3, 7, 24. Apud Tacit. H. 3, 54, 3. Nec duces hostium augendæ famæ decrant, captos Vitellij exploratores, circumductosque, vt robora victoris exercitus noscerent, remittendo.

3, 8, 16. PINARVM) Sic malui cum Bong. & Pal. 1. (nam ille Spinarum habet) quam cum aliis Pyramum. Vide infra 3, 8, 28. locum ita depingit Raderus: Secundum Ilium ex monte Pinarus cadebat inter Ægeas & Ilium, mareque Cilicium recto cursu petebat. Darius vltra Pinarum constitit, cis Alexander, qui & mare habebat à sinistro latere, vt Darius à dextro, Montem Alexander à dextris, à sinistris Darius. Pinarus medium vtriusque exercitum diuidebat.

3, 8, 17. SPECIEM PRÆBVISSET) Sic & quædam Edd. Bong. quod probo, præ illo aliorum tribuisset. Ad rem ipsam quod attinet, diligenter vtrique explorandum est, tota belli mole hostis adsit, an aliqua tantum sui parte speciem vniuersi exercitus faciat. Curio apud Cæsar. de bell. Ciu. 2, 38. errorem cum suo legionumque exitio luit, quod Saburam tantum, Iubæ præfectum, non ipsum etiam Iubam adesse crediderat. Apud Liuium circa fin. lib. 27. deceptus hoc modo Annibal, cum Nero-

ncm

nem consulem in oppositis sibi castris adhuc agere persuasum haberet, sero fatum Carthaginis agnouit. Tale consilium Tacfarinatis fuit, ut *Maxippa leui cum copia in- uentia & caedes, & terrorem circumferret.* Tacit. 2. 52. 3. Ita Iulianus agminibus distributis, per iunera Italiae nota quosdam properaturos cum Ionino mistis & Iouio, alios per mediterranea Rhætiarum magistris equitum Neuita commissos, qui diffusi per varia opinionem numeri præberent immensi, formidæneque cuncta completerent. Id enim & Alexander Magnus (apud Arrian. 6. 4. 7.) & deinde alij plures, negotio ita poscente, peritiu fecere duces. Marcellin. 23. 15.

SED CVM SPEC. REVERT.) Vidi alibi sed quam speculatores. Potuitne ab auctore omitti, an à librario omiffa est particula *ante*? ut valeat, priusquam reuertentur: quod in hac re magis verisimile. Sed ut vulgo etiam est, capi reuertentur potest, cum in reditu essent, nondum reuersi. Acidalius.

3. 8. 20. *VT SOLET FIERI*) Pulchre Vegetius 3. 12. *Animis pene omnium hominum hoc naturæ altere euenit, ut trepident, cum ad constictum uenerint.* Sic & de Carolo V. cuius de magnanimitate non dubitatur, traditum est à Munstero lib. III. *Cosmogr.* cum quoties arma prælii incundi causa caperet, cum pallore toto corpore intremiscere consueuiffet. Vide Agathiam lib. II. sub fin. ubi de prælio Narsetis cum Bulino.

ILLAM IPSAM FORTVNAM) Vide quæ notauimus ad ista Flori 4. 2. 79. *Sano & ipse ante aciem magis non ex more Caesar, siue respectu fragilitatis humanæ siue nimiam prosperorum suspectam habens continuationem. Quem in sensum eleganter Plinius 7. 40. Quippe ut alia non sint, certe ne lassescat fortuna, metus est.* Quare Lipsius Polit. 5. 20. probe monet, vitanda qua possis, esse incerta belli, ubi plura in hunc sensum uide. Adde & Annibalis orationem ad Scipionem apud Liliam 30. 30.

3. 8. 21. *OCCURREBAT*) Sequutus sum lectionem Pithæani codicis, & alterius ex Bong. inducit enim hic auctor tacitum discursum mentis quem Alexander tum sollicito corde uoltauert.

HONESTE &c. MORITVRM) Eadem Dario mens infra 5. 8. 15. & Antigono postea, qui referentur Plutarcho in Demetrio cap. 31. *ἡ τῆσδε τῆσδε τῶν θεῶν, ἢ θινάτορ ἀνασῶδης, victoriam, aut ante cladem mortem inopinam à diis petiit.* Ita Saxones à Francis oppressi in eo conueniunt atque persistunt uniuersi, potiore esse mortem dedecore, interuentionem seruitute. Fabric. lib. I. Saxon. illustr. Eodem tendunt illa Coitæ apud Sallust. Incert. 3. 3. 4. *cui misero, senectam iam ætate, ne mortem quidem honestam sperare licet.* Quo sensu Tacitus noster 1. 70. 5. *haud minus miserabiles, quam quos hostis circumfides, quippe illis etiam honestæ mortis usus: his inglorium exitium.* Est enim honesta mors turpi uita potior, ut loquitur idem Agr. 33. II. Ergo apud eundem 12. 51. 2. Zenobia orat, ut morte honesta conuulsiu captiuitatis eximeretur. Pertinet huc querela militum Alexandri supra 3. 5. 5. ubi uide.

3. 8. 22. *DIIS PRÆSIDIBVS LOCI*) Genium loci uocabant. ex Pythagoræ disciplina, qui singulis locis genium præesse docuit. eo factum est, ut qui nouam regionem ingrederentur, præsidem & genium loci adorarent. l. 5. *Æneid.* v. 95.

*Incertus, geniumne loci, famulumne parentis
Esse putes - - - Et l. 7. Æneid. v. 136.
- - - Geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur
Flumina - - - Ouidius Fastor. I. 509.
Digne petitorum, dixit, saluete, locorum.*

N

& con-

& concludit. *Quis, tantum fati, credit, habere locum?* [longe tamen alia huius versus est sententia] Nicolaus Serarius ad Iosue lib. c. 4. q. II. pag. 395. disputat, num recte & religiose, non superstitiose salutarint Israëlitarum terram promissam, quando ex Aegypto profecti illam salutarunt. Vbi & hunc Curtii locum, aliosque ex Virgilio aliisque laudat. Raderus. S.c. in adag. Diogeniani cent. 1. 25. referatur *Ἀναγυρῶν τις ἕως ἐπιγίγῃ*, *Anagyris quidam loci genius*. Alludit eo Tertullian. de pallio cap. IV. Adde Herod. 8. 39. Silium lib. 13. v. 124.

Nymen erat iam cerua loci, famulumque Diana

Credabant, ac thura deum pro more dabantur.

& Taubman. ad Plauti Bacch. 2. 1. Faber Semest. 1. 48. Paganis enim persuasum erat, nullum esse locum sine numine. Hinc illud Virg. Ecl. 3. 60.

Iovis omnia plena ex Orpheo, cuius versus refert Euseb. præpar. Euangel. lib. III. & Arato: Μισαὶ ἢ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγρῖαι, πᾶσαι ἢ ἀνθρώπων ἀγρῶν, μισὴ ἢ θάλασσα, καὶ λιμῖνις. Plene autem Iovis omnes sunt via, omnia hominum fora: plenum denique mare & portus. & Lucani 9. 580.

Iupiter est quodcumque videt, quodcumque mouerit. & 9. 522.

Esse locis superos, testatur sylua per omnem

Sola virens. Lybien. - - - Sic supra 3. 1. 4. *traditum est, nymphas amore annis retentas, in illa rupes considerare.*

3. 8. 23. *ITINERI SIMPL PARATVS*) Vide supra 3. 4. 13. Quod

cum textui vtrimque adnotatum sit, ideo tantum hic monemus, vt fiat lector, eiusmodi loca parallela, non in his notis postea, sed in margine lectionis Curtianæ, se repturum esse.

ORIENTE LYCE) Qua illud accidisse memoria dignum Lucian. in pro lapsu inter salutandum in hunc ferme sensum prodit: *Cum Alex. Magnus pugnam illam ad Issum iniiturus esset, quemadmodum Eumenes Sardinianus (immo Cardianus) in epistola ad Antipatrum referi, mare in tabernaculum eius ingressus Hephestio, siue tum ita oblitus sui fuerat, siue conseruatus, quemadmodum & ego, siue etiam numine aliquo impellente, idem non quod ego dixit, ὄψαυε βασιλῆα, Vale rex: tempus iam est in aciem educi exercitum. Conturbatis autem ceteris qui tum adevant, ob inopinatam ac novam salutandam formam, ac ipse Hephestione propomodum pro meo emoriente, Alexander respondens, Accipio, inquit, omen. nam nos saluus atque integras à pugna reuersuros esse, hoc verbum mihi nunc pollicetur. Ceterum quænam illa lux fuit! illane de qua Ælianus Histor. Var. 2. 25. Sexta nimirum Thargelionis. Illa enim, vt scribit ille, Alexandrum Macedonem Philippi filium, multas Barbarorum myriades fuisse dicitur. Sed obstat illorum opinio, qui putant Thargelionem mensẽ Latinorum Februario respondere: ita enim hyc me pugnata fuerit isthac pugna. Sed negat Curtius, & æstate factam indicat supra 3. 5. 1. *tunc æstas erat.* Ideoque dubitabam de altera pugna cum Dario sentire Ælianum, præsertim cum adiciat, ὅτι καὶ Δαρῆιος καὶ Σῦλλιν Ἀλέξανδρον. sed nec illo magis quadrare reperi: nam & tunc æstas fuit: noster infra 4. 12. 14. *Calis fulgor tempore æstiuo ardenti similita internitens.* Atque hæc pensitantem vel ista ratio mouere potuit, vt accedam sententiæ eorum, qui Thargelionem Aprili Maioque nostratibus componunt. Huc accedit & illud, quod eodem die Alexandrum mortuum esse, adiecit Ælianus: idque ipsum æstiuo quoque tempore accidisse Curtius infra 10. 10. 9. significat. Confirmat eam opinionem & Ἐτυμολογικὸς τὸ μῆνα cum dicit: *Θαργηλίαις ἢ, ὁ ἐν δὲ κατὰ μὴν ὀνομαζέται. ἐπὶ τῷ ἡλίῳ πυρῶδες ἐστὶ, καὶ ἐν τῷ τῷ μὴν τὰ τῆς γῆς αἴθρη ἀνεξέραιτο. ἀπὸ τῷ ἡέρον ἐν τὴν γῆν. τὸ ἢ ἡερῶν. Θαργηλιὸν ἀνομαστῶν.* Thargelion vocatur undecimus mensis, tunc enim sol ardentior est, & hoc mense flores terra*

est.

exarsescunt. accepit ergo nomen à calefaciendo terram. calidum autem *ἄρρηλον* vocatur. Vbi tam ex eo quod undecimum mensem dicit esse, facile coniectu est, cui respondeat (primus enim Græcorum in Iunium nostrum incidit) quam quod ait solem tum ardentem esse. Vnde Lud. Dulcis in Diario *al XIX. di Giugno: Fu uinto Dario da Aless. Magno.* Vt ita pugna, quæ videbatur Æliano cum Curtii locis intercedere, sublata, tantum super sit quætere, vtrum duorum cum Dario commissorum præliorum intelligat Ælianus. & quidem ex vltimis eius verbis suspicor, de postremo eum loqui, cum ibi Darium captum fuisse dicat, si quidem interpreti credimus. nam ille sensus cum historię aduersetur, sic exponendus non est, sed potius, *vbi & euerit*, hoc est, deiecit, debellauit, *Darium Alexander.* Sic apud Thucydidem 1, 26, 28. Athenienses ad Spartanos, *εἰ κεραιδόντις ἡμᾶς ἀρξάντι, si deictis nobis ipsi imperetis.* In Eusebianis Scalligeri pag. 249. *Κῶς τὸν Λοδῶν βασιλείαν κατέλαβον.* Sed & Arrianus indicio est ad vitam Darii pugnam id referendum. nam ille 2, 2, 4. priorem commissam scribit mense Mæmacterie quem quidam cum Suida Ianuarium, alii Septembrem esse volunt. Sed tota hæc ratio satis confusa & turbata est, quin & vereor, vt Curtii narratio sibi constet. cum enim ante ita accendisset tempus, vt Alexandrum suum actu cogente in frigidissimum flumen mitteret: iam intra vnus mensis spatium (nec enim amplius intercesserit) subito niuem effundit, & humo gelu rigente, Gangabas suos regius aduersus frigus munit, mox 3, 13, 7. Adde infra ad 3, 11, 27.

3, 8, 24. *PAUIDI AGRESTES*) Vt solet improuiso hostis aduentu. nam & illi haud dubie, cum ceteris persuasum habebant, Macedones fugere, ideoque sine metu in agris versabantur. Sic apud Liliam 3, 3, 2. *nec opinata etiam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus quam ne victus, ac prope in castris obsessus hostis, memor populationis esset, timeri poterat, agrestesque pauidi incidentes portis non populationem, nec prædonum paruas manus, sed omnia rano augentes timore, exercitus & legiones adesse hostium, & infesto agmine ruere ad urbem clamabant.*

OCCURRERE ETIAM) Id quidem & ante affirmauerat Amyntas transfuga, *Alexandriam, vbi inque is Darium esse audire venturum*: sed noluerat credere Darius, purpuratis solita vanitate spem eius instantibus. Vide Arrian. 2, 2, 2.

3, 8, 25. *RAPTIVQVE ARMA CAPIEBANT*) Similia vide in Liuiio 23, 27, 3.

3, 8, 27. *DARIUS INITIO*) Vt hic locus & sequens caput intelligatur, delineanda regio, & situs campi montisque & maris est, circa Iffum & Pinarum amnem, & hoc ex antiquis & probis scriptoribus. Ex Herodiano l. 3. c. 12. colligi potest fuisse planitiem ad mare Cilicium instar stadii cursorii porrectam, in qua vtrimque stetit equitatus trans Pinarum Darii, cis versus Syriam Alexandri, locumque totum monte Tauro velut teatro clausum. Testatur dicto loco Herodianus, suo tempore adhuc sterisse tropæum, seu urbem Alexandriam in colle sitam, & æneum Alexandri simulacrum. Addit quædam distinctius Callisthenes, spatium illud in quo decertatum est inter Alexandrum & Darium à mari vsque ad montem, patuisse quatuordecim stadia in latitudinem, & inter castra Alexandri & Darii Pinarum amnem interfluxisse, alta crepidine, spinisque septum. Hæc Callisthenes comes Alexandri, & spectator loci, quem de interuallo spatii redarguit Polybius 12, 8. non potuisse aciem explicari eo numero quem ipse posuisset Callisthenes, & hoc geometrica & tactica ratione ostendit, vt infra referemus. Hic tantum de loco & campo eiusque spatio tractamus. Arrianus 2, 2, 19. locum in quo Darius aciem instituebat, nonaginta passuum, non amplius, capax fuisse scribit. Mons in quo acies viginti millium instructa erat à Dario, aliqua ex parte introrsum recedens, sinum quendam veluti in mari faciebat.

ciebat: deinde in anfractum porrectus efficiebat, ut qui ad radicem montis constituti erat, dextrum Alexandri cornu auersum cernerent. Ripas Pinari idem quoque præruptas fuisse testatur, immo etiam aggere munitas, ubi facilius ascensus erat. Mare autem sinistrum Alexandri cornu, dextrum Darii tegebat: ita ut collecta ex dictis summa, mons cinxerit utramque fere aciem, è cuius regione erat sinus Issicus, & porrectum planumque littus, ubi maxime eques depugnabat. Pinarius amnis medius utramque aciem à montibus usque ad mare distinguebat, quem primus cum suis ingressus Alexander Darium est aggressus. Raderus.

A MARI QVOQVE) Per classẽm quam habebat in Issico sinu, ut inde latus sinistrum Alexandri incesserent, quod tamen plerique historici tacent, tamen & Curtius hic docet, & Iustinus II, 10, 4. signate post victoriam ait *Parmenionem ad occupandam Persicam classẽm missum*. Raderus. Classẽm autem istam haud valde magnam fuisse, tum aliis ex notis apparet, tum maxime inde, quod Tyrum obsessurus Alexander *procul habuit classẽm* infra 4, 2, 15. Denique in tota illa obsidione, nulla classis mentio est, nisi Cypriæ, & nauium quibus Cleander supplementum aduexit.

3, 8, 28. *PINARVM AMNEM*) Callisthenes apud Polyb. 12, 8. Πόρος corrupte vocat. eruditissimus Interpres tamen Pinarum reddidit. Raderus supra ad 3, 4, 7. Πόρος rescribit: Ego cum Casaubono sentio. plane enim Pinarum, non Pyramum dicere voluit eo loco Callisthenes. certum id ex descriptione fluminis quam statim subiicit: *Paret autem eo loci intervalum ad montis radices, stadia quatuordecim. per hoc spatium transverso limite dictus amnis labitur: qui quidem in ingis exortus, mox per intercisa montis latera erumpit, ac deinde per patentes campos ad mare usque deseritur, præruptis & inaccessis collibus cum cingentibus*. At Pyramus Curtio per planitiem Ciliciæ fluit, supra 3, 4, 7. ne alia argumenta hic aduocemus. Ergo & deinceps Pinarum vocat Polybius. Nomen huius fluminis aliter quoque corruptum est apud Strabon. lib. 14. Nam ibi pro Πίναγος scribitur Πίναδος. quo mendo deceptus est & Æneas Silvius in Histor. de Asia minori cap. 94. Apud Plutarch. Alex. cap. 32. Πίναγος. Pinarum autem hic constanter exhibent tam meliora Curtii exemplaria, quam Arrianus, & alii. Vide Indicem, Pinarius.

3, 8, 29. *DESTINATA SALVBRITER*) Et hinc est quod consiliis fere ex euentu laus est, aut infamia. Nam ut ait Thucydides 1, 20, 13. *Multa male consultata feliciter eueniunt, & plura que recte insiuita videbantur, turpiter in contrarium eueniunt relapsa sunt*. Et mox nu. 21. *nulla minus quam qua prædicatur, via procedit bellum*. Lilius 27, 46. 2. *neque satis constabat animis, tam arduæ iter consulis laudarent vituperarentque. apparebat (quo nihil iniquius est) ex euentu famam habiturum*. Adde Lipsii Polit. 3, 8. & notata supra ad 3, 8, 6.

QVIA VBI PARTES LABANT) Totam hanc sententiam excludit Pal. Nec sane admodum necessaria videatur, nisi quod ita concepta est, ut ipsius auctoris esse non dubitem. Simile est illud P. Syri:

Fortuna vnde aliquid fregit, cassum penitus est.

3, 9, 2. *IN EODEM*) Rescriberem in medio, sic enim alii locant, nisi putem ab ipso Curtio sic esse, quando nulli eodices discrepant; quem ego certe in acierum descriptione haud accuratum fuisse cerno, atque id omnino accidisse ei crediderim, quod huiusmodi rerum haud magnopere peritus esset. quo ipso argumento motus credere nunquam potui, Curtium hunc eundem esse, quem Africa proconsultem vidit. Eo enim honore, fat Teueris adhuc moribus, non putem mactatum fuisse hominem rerum bellicarum adeo rudem. Nisi forte dicamus, transcripsisse eum ita ex aliquo Græculo, qui hoc modo tradiderit, quod nec abludat à ratione, cum hoc nomine

mine Callisthenem etiam sciamus imperitiæ accessi à Polybio. Ceterum Perfas fuisse solitos in dextro cornu optimam exercitus sui partem collocare, etiam ex Frontino 2,3,3. videatur probari posse.

3,9,4. *IPSUM REGEM*) Hunc locum Briffon. lib.1. p.131. ita citat: *Ipsam Regem dimicaturum; omiſſis verbis intermediis in eodem cornu, quod forte fecerit, quia proposito, cui aduocabatur locus, non seruibant: forte etiam vitium iis inesse credidit. certe enim cum in neutro cornuum, sed in media acie pugnare confueverint Persæ reges, Darius hic, antiqui moris obseruantissimus, ut supra 3,8,9. vidimus, non alibi collocandus erat. Dici tamen possit, non semper mediam aciem expresse nominari, sed totam in duas partes, seu cornua quandoque diuidi. Tamen ob exercitus huius magnitudinem, & moris inculcandi causa, distinctius hæc erant proponenda. Atque ita fecit Arrian. 2,2,23. qui & morem eum, & enarratorem eius inculcat: *Darius mediam aciem tenebat, Persarum regum in exercitus ordinatione veteri more obseruato, cuius quidem rei rationem Xenophon Grylli filius conscripsit. Locus Xenoph. est in lib.1. ἀναβάσις. Sic in posteriore prælio idem Arrian. 3,2,21. ἡ τὴν μέσσαν ἢ, ἢ αὐτὴν βασιλῆος Δαρείου. Vbi iterum Curtius Darium in læuo cornu statuit, infra 4,15,1. Tangit eum morem & Lucianus nauigio. Proin tu quidem equitatum præſti, Lycotus autem dextrum cornu teneat. Porro hic Timolæus ad læuum collocabitur. Ego vero mediam aciem regam, ut solent Persarum reges. Eam itaque consuetudinem non attendisse Curtium, aut alios auctores secutum esse credam, quamquam, ut eum conformarem reliquis, aliquando tentarim legere; in eodem curru, nempe quo supra vêtum scripserat: in ea pugna quippe Darius curru sublimis eminebat, ut dicet nosser infra 3,11,12. sed tamen in posteriori pugna iterum læuum cornu tenuisse Darium Curtius 4,14,8. scribit: hic quoque contradicente Arriano 3,2,21. qui ex ipsa aciei descriptione post pugnam reperta, tradit in medio stetit.**

ALEXANDER PHALANGEM) Ex Appiani libro de bellis Syriacis optime cognosci potest phalangis Macedonicæ in campo stantis ordo & facies. sic enim ille de Antiochi phalange contra Cn. Domitium: *Robur erat phalanx XVI. M. Macedonum ornata ex instituto regum præcorum Alexandri Philippique. Hæc mediæ acies fuit in decem partes diuisa, earum singula in fronte quinquagenos armatos habebant; à fronte introversus, in duos & triginta ordines parsebant acies (in singularium partium lateribus duo & triginti) phalanx mixta speciem præ se ferebat, elephantis inter partes eminentibus, tanquam turribus. Illos viginti duos omisit interpres Gilenius. Raderus. Video cur Gilenius omiserit istos viginti duos, quia nimirum ratio non congruebat. Nec sane video, cum altitudinem latitudinemque phalangis descripsisset Appianus, cur addiderit de lateribus? si tamen addidit, videatur potius scripsisse ἢ τὴν πλοσὴν ἐκείνου μέγεθος, λβ. πρὸ κβ. Monendum hic, non recte explicari hoc loco, illum Liuii 9,19,8. illa phalanx immobilis & minus generis, quasi diceret constituisse ex æqualis ætatis, roboris & stature militibus, quamquam enim id ab vno aut altero Rege postea animi causa, & per luxuriam ita obseruatum sit: tamen neque Alexandri phalanx, ad eam formam fuit; neque Liuius eo loco id volluit: quod quidem statim sequentia verba abunde declarant: *Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans: facilis partienti quacunque opus esset, facilis iungenti.**

DEXTERVM CORNV) Si Arriano credimus (cui sane in hac parte lubentius fidem meam addicam) totus hic locus ita constituendus esse videtur: *Dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tenebatur: huic proximi stabant Canos, & Perdiccas. & Meleager, & Ptolemæus, & Amyntas, sui quisque agminis duces, in læuo, quod ad mare pertinebat: Craterus & Parmenio præerant, sed Craterus Parmenioni parere iussus. Hoc ut appareat,*

pareat, utque Arrianus etiam medicinam accipiat, adscribenda sunt illius verba 2, 2, 16. In dextro cornu montem versus pedum agmen locat, & scutatos, quibus praeerat Nicanor, Parmenionis filius. Proximum his Cani, mox Perdicca agmen: atque hi quidem ad mediam armigerorum aciem, ei qui dextro lateri praefuturus erat, adstabant. A sinistro vero, prima erant Amyntae copia, inde Ptolemæi: proximo huic Meleagri. Et quidem ad Leucam Craterus pedibus praefectus erat: totum autem sinistrum cornu Parmenio ducebat. Ibi quod dicitur, ei qui dextro lateri praefuturus erat, valde ineptum est (quin enim, ut ceterorum, ita huius potius nomen ederet) sed natum ex vitiosa scriptura, quam sic restituo: ἔτοι μὲν ἔστι ἐπὶ τὸ μέσον τῶν ὀπιπῶν δὲ τῶν δεξιῶν ἀρξομένων περὶ μίνοι ἦσαν. Scribendum: αὐτῶν τῶν δεξιῶν ἀρξομένων. Hoc quidem ad medios usque grauis armaturæ ordines, ipse (Alexander) dextro cornu praefuturus statuerat, eadem figura dicendi, ἀντὶ περὶ μίνοι ἦσαν, qua versu proxime praecedente: οἱ ἃ ἰππεῖς αὐτῶν πῶς μὲν ἠγύπην τῶν περὶ μίνοι ἦσαν. Alexander enim in dextro cornu fuit, ut idem Arrian. mox n. 30. exerte scribit quomodo etiam in proelio ad Granicum, Arrian. 1, 5, 7. quam aciem operæ pretium sit cum hac contendere.

3, 9, 12. TRIGINTA ET DVO) Arrian. 2, 2, 15. Quandiu magna erat vicium angustia, angustam etiam aciem ducebat: ubi vero laxare se sinus montium ceperunt (sic apposite verbis Curtianis vitur cruditissimus interpres, sed sequentia potius ita vertam) explicuit subinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum in phalangem adducens. Porro ordines hoc loco intelligendi sunt à fronte ad tergum, series enim quælibet, in quantamcumque longitudinem porrigatur, ordo dicitur: atque ita triginta duo ordines capiendi sunt, totidem viri, qui in prima fronte aciei simul progrediebantur: quos deinde ceteri seriatim ita subsequiebantur, vt ordines in profundum constarent ex quingentis militibus, siquidem phalangem XVI. M. computemus. Vide Lipsii Milit. Rom. 4, 8. Ceterum Glareanus hoc loco legit: Duo & triginta, ob rationem quam prompsimus infra 3, 11, 27. ad verba triginta omnino & duo.

EQVITATVS) Qui iam ante ab utroque cornu locatus, propter angustias locum nondum occupauerat.

3, 10, 1. CLAMOREM) De hoc more vide prolixè differentes Camerar. subcisiu. cap. 77. cent. 1. Lipsii Milit. 4, 11. Gruter. in Tacit. cap. 12. & Briffon. lib. 3. pag. 342. & Ammirat. Polit. 14, 5.

MAIOR) Diodorus 17, 33. aliter, nec sine ratione: quippe cuncta inuertit, & Macedonas prius exclamasse tradit, Persas ob numerum, validius. Noster autem echus auxilio se tuetur, cuius naturam eleganter describunt Radero citati, Lucretius l. 4. v. 571.

Pars solidis adlisa locis, reiecta sonorem
Reddit: & interdum frustratur imagine verbi.

Et mox:

Sex etiam aut septem, loca vidi reddere voces,
Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre.

Virgil. 4. Georg. v. 48.

- - - ubi concaua pulsio
Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

Idem Georg. 3, 43.

Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.

Ostendit & Aristoteles de anima lib. 2. c. 8. quo pacto fiat Echo, cum ab aere, qui vni officia-

efficiatur, propter vas definiens & prohibens ne frangatur, aer repulsus sit vt globus. Plura (verba sunt Raderi) de Echone nos ex Plinio, Aufonio, & aliis ad illum versum Martialis l. 2. epigr. 85.

Nusquam Græcula quod recantes echo.

Ingeniose Ouidius eandem describit lib. Transform. 3. fab. 5. De artificiosis ædificiis, turribus, aliisque locis vocem reddentibus, hic non ago.

3. 10. 3. *MANV SPVS INHIBENS*) Leuiter de scriptura prius dicendum est, quæ variat in illis ne impensius. alii enim Codd. ne suspensius acrius. quo loco multa Acidalius, non ad guttum meum, credo, nec aliorum. ego illam posteriorem lectionem pro genuina habeo, & explico in Indice. Sensus autem est, non placuisse Alexandro, propter eum militem, dum adhuc extra teli iactum erat, ne antequam cominus fieret, spiritus eum deficeret. non quod eum, cum in manibus esset pugna, acri impetu cursuque in hostem irruere nollet, quomodo hæc verba à non nemine accipi video. Duo itaque sunt, quæ hic notanda. prius dum aliquantum abest hostis, tardius incedendum esse, ne vires militis ante prælium itineris labor hauriat: alterum, cum prope hostem ventum est, incitatissimo cursu manum conferendam. Vtrumque obseruauit in hoc prælio Alexander; quæ res ad victoriam multum contulit. Nam qui prius quod diximus, non cauent, incidunt in omnia ea discrimina, quæ fatigatis imminet à recentibus. de quo egregie monet Vegetius 3. 11. *Observatur autem, ne longo spatio fatigatum militem, ne lassos post cursum equos ad publicum prælium cogas. Multum virium labore itineris pugnaturus amittit: quid faciet, qui ad aciem anhelus adueniat* Hoc & veteres declinarunt, & superiori vel nostra ætate, cum Romani duces per imperitiam non cauissent (ne quid amplius dicam) exercitus perdidit. *Impar enim conditio est lassum cum requies, curvum cum eo qui steterit, subire consuetum.* Sic apud Liuium 2. 30. 11. *Volsæ cursu & clamore fessi, quem se velut stupentibus metu intulissent Romanis, postquam impressionem sentire ex aduerso factam, & ante oculos mixare gladios, haud secus quam si insidias incidissent turbati, verunt terna: & ne ad fugam quidem satis virium fuit, quia cursu in prælium ierant.* Igitur Cæsaris milites dato signo quem infestis pilis procurrissent, atque animaduertissent non concurrere à Pompeianis, visu periti, ac superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum represserunt, & ad medium fere spatium constiterunt, ne consensu viribus appropinquarent; paruoque intermisso temporis spatio ac rursus renouato cursu, pila miserunt: celeriterque vt erat præceptum à Cæsare gladios strinxerunt. de bel. Ciu. 3. 95. qui locus probe notandus est, ad confirmationem eorum quæ mox subiiciemus. Apud Appianum in Hispaniis *Sernilius* (scribe *Sernius*. Galba enim non Seruiliæ gentis cognomen fuit, sed Sulpiciæ, cui & admodum familiare prænomen Seruii) Galba vno die ac nocte quingenta stadia emensus in conspectum hostium venit, & nulla interposita mora militem labore via confectum in aciem eduxit: atque hostes feliciter quidem suos fugatisque imprudenter admodum est infecutus. Nam quem ob lassitudinem segnier atque incomposito agmine sequerentur, barbari eos dissipatos conspicati pervices requiescere, in vnum sese agglomerantes irruerunt, & septem millia peremerunt. Quibus adde Curionem apud Cæsarem de bell. Ciu. 2. 38. & cladem Roman. ad Trebiam apud Liuium 21. 55. aliasque similes permultas. Hoc igitur est quod Alexander cauit: simul vt Arrianus 2. 2. 30. ne nimia contentione festinationeque incensus, fluctuans phalanx dissiparetur: impetum autem illum committendi cominus prælii adco non inhibuit, vt etiam præciperet. Idem enim Arrianus affirmat, quamquam eum non ceperint interpretes. locus est 22. 30. *Πρώτοι δὲ οἱ κατ' Ἀλέξανδρον, καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῷ δεξιῷ περὶ μὲν ὁρμῆς ἐς τὸν ποταμὸν ἐν βραχίονι, ὡς τῆς ἐξουπίας τῆς ἰφθίμης ἐκπλήξαι τὴν Πέρσιν, καὶ τὸ δάσος ἐν χεῖρας ἰλθόντας, ὁλίγα πρὸς τῷ περὶ τῶν βλάπτου.* Vbi Interpretes perpe-

ram:

ram: Primi qui circa Alexandrium erant, ipseque Alexander in dextro cornu subsistens, cursu in flumen feruntur: ut ferocitate ingressus Persæ percussis, non ita prompte ad manus venientes, parum damni missis sagittis inferre possent. Vertendum fuerat: *Ut & ipsa impetus celeritate perterrefacerent, & citius cominus venientes, parum damni à sagittariis acciperent.* Explicat hunc locum ex parte Florus 4, 9, 6. Simulato metu adeo passus est hostem castris succedere, donec absumpto iactus spatio, adimeret usum sagittarum. Imprimis autem illa quæ notavi in Indice Iustini, voce *Concurrere*, quibus adde Cæsar. de bell. Gall. 1, 52. itaque hostes repente celeriterque procurrerunt; *ut spatium pila in hostes coniiciendi non daretur.* Liviium 7, 24, 7. nolite expectare dum stantes vos fugiant. *inferenda sunt signa, & vadendum in hostem.* His adhortationibus iterum coorti; pellunt loco primor-manipulos Gallorum &c. & Veget. 3, 14. *reheuerentius enim cum saltu cursuque tela mittuntur.* quem locum eo noto, ut sciat quatuor esse causas, ob quas citato cursu milites inferebant se hostibus: ut terrorem eis incuterent: ut procursum tela concitarentur: ut ab hostium telis minus esset periculi: ut denique citius ad gladios deveniretur. Vide Breslay en l'Anthologie pag. 87. b.

3, 10, 4. *UT CIVIS QVE ANIMIS APTVM ERAT*) Necessarium id Duci, nam in exercitu ex variis gentibus composito, quemque propriæ causæ stimulant. Tacit. 2, 46, 4. Itaque eo loco Arminius equo conlustrans cuncta, ut quosque aduectus erat, recuperatam libertatem &c. ingerebat. Ita Antonius alios pudore & probis; multos laude & hortatu, omnes spe promissisque accendere &c. ut quosque accesserat. describitur Tacito H. 3, 24. In pugna Lacedæmoniorum contra Argiuos, ubi iam confugiendum erat, ibi apud singulos populos à propriis ducibus exhortationes fiebant. apud Thucyd. 5, 13, 24. sic & Annibali apud Liviium 30, 33, 8. *Varia adhortatio erat inter tot homines, quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset &c.* quo in loco cum simus, obiter adiciemus, quæ paruo post interuallo leguntur, ita constituenda videri: *Quum maxime hæc Imperator apud Carthaginienses, duces variarum gentium inter populares, plerique per interpretes inter mistos alienigenas agerent.* Adde eundem Annibalem in eiusdem auctoris 21, 45, 6. Brasidam apud Thucyd. 5, 2, 9. Cyrum apud Xenophontem *nucl.* lib. 5.

NON IPSIUS MAGIS QUAM SVO DVCTV) Ambiguam orationem declinauit in vocibus ipsius & suo, ita ut ipsius referatur ad Alexandrum, suo ad ipsos milites, hoc intellectu: Macedones tam prompte ad expeditionem Asiaticam & Persicam profectos, ut suamet ipsorum potius voluntate profecti sint, quam Alexandri impulsu. quo ipso declarat studium Macedonum bellandi, & iam usitatam notamque virtutem, qua re sibi conciliauit benevolentiam exercitus, adiungit acta & agenda ab eisdem. Raderus.

3, 10, 5. *ORBIS LIBERATORES*) Moxtamen subjicit; omnibus gentibus imposituros iugum. nisi tuearis: orbem superba Perfarum dominatione liberatum, iusto mitique imperio complexuros esse. Ceterum longe aliud iudicium Ennodii fuit, in vita B. Epiphani: *Pellens princeps Alexander, quem pacatorem orbis vocavit vana laudatio.*

3, 10, 6. *VMBONIEVS PROPELLI*) Dicemus in Indice.

3, 10, 7. *PATER INVOCABATUR*) Sic Germanicus legitur precatus Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum atque operum iustaret. Tacit. 2, 8, 1. Quamquam hic loci vocabulum invocandi non aliter ceperim, quam pro aduocare. aduocabat eum exemplo, res eius gestas memorando, usitatissimo eiusmodi hortationum loco, à maiorum præclare factis, maxime si qua recentia sunt, animos militum exstimulandi.

VRBIS)

VRBIS) Thebarum. Vide supplementum: vbi & de Granico, aliisque ad explicationem huius capitis facientibus.

3.10.8. *ADMONEBAT*) Glossema. Totus locus sic omnino fuit à Curtio conceptus: *Quum a. Grecos; ab iis g. i. G. bella: Darij prius, d. X. insolentiam, aqu. l. t. p. n. n. f. h. n. f. c. relinquerent: deum tem. r. e. ignibus delicta: vrbes e. expugnatas: s. h. d. i. violata referebat.* nam ab hoc ultimo verbo superiora membra omnia continentur.

AQUAM IPSAM, TERRAMQUE POSTULANTIVM) Nobilis hic locus, & diuersis Criticorum argutiis indigne habitus. Cum enim Modius nescio quo in codice reperisset *poscentium*, eam lectionem arripuit: sed de tributo pro aqua & terra soluendo interpretatus est. quem eo nomine recte reprehendens alius, feruore disputationis eo prolabitur, vt veram quoque sententiam peruertat, & retento *populantium*, ridicule exponat de fluuiis, quos ab exercitu Xerxis siccatos esse prodiderunt. Nihil tamen secius in sententiam pertraxit Raderum. At istam interpretationem multa destruant: primo quod Darij & Xerxis coniunctim meminit, cum de prioris exercitu tale nihil memoretur; deinde quod hoc adscribit *insolentia*, quam certe nemo agnoscat in iis quæ necessitatis causa fiunt. nec enim Xerxianos quisquam, insolentia magis ergo, quam per sitim ebuisse flumina arbitretur. præterea subijcit non fluminibus crepta, quod oportuerat ita intelligentem, sed *fontium hantus*: vnde clarum, non de illis aquis intelligi, ad quas exsiccandas ingenti exercitu opus esset, sed quibus incolæ quotidie in potu vterentur. Quas quidem solitosque cibos, ea postulatione ereptos esse, non ex vero dicit, sed accendit rem interpretando, & ad inuidiam faciendam exaggerat. Pizarus lib. 2. Histor. Pers. quem in hunc locum etiam incidisse video, cum se inde non explicaret, nouam sententiam commentus est, Persas populos esse fontes, insciendo. Sic enim colligo ex his verbis, vbi causas huius belli enumerat: *Alex. ad eos oppugnandos, Mardonium reliquit in Græcia* (hæc est Curtio 4, 1.) *vt abiens quoque popularetur vrbes, atque agros vreret, ipsamque aquam inficeret, adeo vt neque fontium hantus, nec solitos cibos relinqueret.* Fortissimum autem argumentum est in ipso more atque historia. Haud enim dubium est, quin de more Persico terram & aquam petendi senserit Alexander atque Curtius. quapropter verissimam esse scripturam, quam Florentina aliæque edd. & iam nostra, proferunt. Vide quæ de isto more Persarum notarunt Briffon. lib. 3. p. 330. & ex eo, vt puto, Arnisaus de Rep. 2, 3, 5, 6. quibus adde Æschinem contra Ctesiph. & ex Aristidis Panathen. præter locos a Briffonio citatos, eum quoque, quo tradit Xerxem iterum Salaminem ad Athenienses misisse, aquam & terram, vt antea petutum. Item Himerium in orat. qua Demosthenem inducit de reuocando Æschine consultantem, apud Photium. Tum Polyb. 9, 32. vbi de Lacedæmoniis, legatum qui ea de causa venerat, in puteum detrudentibus, & terra insuper iniecta iubentibus, Xerxi vt referret, consecutum se quæ petere ipsum nunciauerat, aquam & terram. Hæc igitur est ista insolentia, quæ non tantum Alexandro indigna, sed Atheniensibus atque Spartanis adeo intoleranda visa est, vt potius ius gentium violandum, quam istam superbiam perferendam putarent. Per aquæ autem & terræ petitionem, absolutam dantium deditionem significabant, tanquam rerum ad humanam vitam maxime necessariarum, quod pulchre indicat Taxiles apud Plut. Alex. c. 103. *Quum neque aquam nobis ademptum, neque victum necessarium veneris, pro quibus solis necesse habent homines fami decertare.* Eiusdem Plutarchi errorem, quod in libello de vitando aere alieno, subinnuit, Persas ignem & aquam petiuisse, refutat Rualdus animaduersione L. in Plut. vbi & hunc locum Curtii sic legendum esse ait, quomodo nos edimus.

O

TEMPLA)

TEMPLA) Non desunt, qui Xerxem templa Græcorum incendisse aiunt, quod à Iudæis veram religionem edoctus, ex præcepto diuino Deuter. 7, 5. id sibi faciendum putaret. Sed constat ex Pausania in Arcad. & Val. Max. lib. 2. c. 10. ext. 1. cum statuas Deorum non, vt ibi iubetur, confregisse; sed potius in Persidem deportasse. vt taccam alia, quæ hanc sententiam redarguunt. Cicero de leg. 2, 10. persuasum à Magis ait, Græcos criminantibus, quod partibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia. Sed veram causam aperire videtur Herodot. 5, 102. & 6, 101. vltionem templorum à Græcis crematorum Sardibus. Strabo lib. 14. omnia templa à Xerxe, quocumque adisset, incensa fuisse scribit, præter Ephesium Diana: quibus addunt alii & Delium. Pertinent huc Branchiadæ, de quibus infra 7, 5, 28. qui in gratiam Xerxis, templum suum violauerunt. De Delphico templo notum est ex Iustino 2, 12, 8. & aliis quos ibi adnotat Bongarsius. De templo Bæli ex Arriano 3, 3, 17. & 7, 3, 31. vide omnino Briffonium lib. 2. pag. 169. vnde velut epitomen quandam confecit Popma ad hunc locum, & Dempsterum ad lib. 2. c. 2. Antiquitat. Rosini.

HUMANI DIVINIQUE IURIS) Nam Darius, qui quartus à Cyro imperauit, reuersus à Scythis, Macedoniam nulla re læsus inuasit, suæ ditionis fecit. Iustinus 7, 3, 1. Diuini autem iuris fœdera violauerunt, cum templa diriperunt. Raderus.

ILLYRIOS) Sic malui cum quibusdam edd. alia *Illyrios*. sed illud appellabantur. ergo & supra sic feci.

RAPTO VIVERE ADSÆTOS) Idem affirmat Strabo lib. 7. *διὰ τὴν ἀγροπία τῶν Ἰλλυρίων, καὶ τὸ λατρεῖν ἱερῶν*, quod eam homines fesi, & latrociniis dediti tenebam. Raderus. De Illyriorum rapinis, & bello inde cum Romanis exorto Florus 2, 5. & late Polyb. à princ. lib. 2. In Strabonis loco legam, *καὶ τὸ λατρεῖν τῶν ἱερῶν*. quomodo apud Thucyd. 5, 13, 21. τῆς πολιτείας τὸ κερπεῖν. Aristoph. Scholia in Σφίνας v. 32 *περὶ τῆς Ἰλλυρίας φησὶ, διαβάδων τὸ κερπεῖν αὐτῶν*.

PRÆDAM, NON ARMAM GESTANTEM) Lilius 9, 17, 14. de hoc Alexandro: Darium mulierum ac spationem agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, eneruatim fortune suæ apparatibus, prædam verius quam hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemere, incruentus denicit. De aureis armis Samnitium Romani duces apud Lilius 9, 40, 6. illa prædam verius, quam arma esse. & 10, 39, 12. L. Papyrius: Auream olim atque argenteam Samnitium aciem à parente suo occisione occisam: spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsæ arma fuisse. De aureis atque argenteis armis, vide, si tanti sunt, quæ notauit ad Florum 1, 16, 7.

NYDOSQUE CALLES) Sic malui cum aliquot libris: quam cum aliis colles: cum modo de montibus præcesserit, & hoc vocabulum aptissimum huc fit, ob causas, quas in Indice referemus.

3, 11, 1. *AD TELI IACTUM*) Tam prope vtraque acies accesserat, & tantillo intervallo ab se mutuo aberat, vt alteram altera sagittis, plumbeis glandibus, & missilibus posset contingere & impetere. Sed quantum, inquis, hoc intervalsum est? tormenta hodierna, bombardæ inquam, intra trecentos pedes feriunt; at si protendas, fessæ languent, & vi exarmata innoxia cadunt. Sagittarij, & maxime funditores, olim ad sexcentos pedes telum iaciebant, scopumque contingebant. Vegetium 2, 23. audi: *Sagittarij & funditores scopas, hoc est, fruticum vel graminum fascies pro signo proponebant, ita vt sexcentos pedes remouerentur à signo, vt sagittis vel certe lapidibus ex fustibulo destinatis signum tangerent.* De qua re plura Lipsius in militia Romana. Raderus.

EQUESTRI PROELIO) Qua parte virium maxime fidebat, Persæ enim,

enim, vt & successores ipsorum Parthi rei equestris peritissimi semper sunt habiti. vide Iustin. 41. 2. 5. & imprimis Brissonium lib. 3. p. 299.

ROBUR ESSE CONIECTANS) Nec enim ipse adhuc expertus erat. scire quidem ex aliorum relatu potuit. vnde Acidalius tentabat legere, *robur detrectans*. sed ipse Acid. vidit hanc coniecturam suam non nimis fido tibi sine niti.

3, II, 2. *ETIAM DEXTRVM AL. CORNV*) Satis confuse proelia sua narrat Curtius, adeoque in hac re longe prætulit Arrianum, quem non intelligo, quomodo nostro hic conciliet Raderus. Et si quis putat iniuriam fieri Curtio, interpretetur mihi, quid sibi velit, quod dextro Alexandri cornu ab hostibus fere circumuento, duabus alis equitum ad iugum montis iussis consistere, ceteros in medium belli discrimen transfert. Iam primum Alexandri dextrum cornu montibus tegebatur, ergo ab eo latere circumiri non potuit: superest vt factum sit ab altero. sed ne id quidem potuit, nisi Parmenione, qui agmen ad mare extendere, ob hoc ipsum iussus erat, iam circumdato, nihil autem tale hic legitur. Et si largiremur, quomodo Thessali potuerunt circumire terga suorum, & Parmenioni coniungi? Atque hoc etiam vt factum demus, quis Deus ex sinistro cornu (ibi enim curauit Parmenio) repente eos deinde transfudit in dextrum, vt quod infra ingerit, à Persis vrgerentur: deinde quam omnia alia turbata, magisque etiam permixta, quam in ipso prelio pugnantes fuerint, primo de utroque cornu speciatim loquutus, mox vnam vbique aciem facit, in qua profligatur Darius, nempe ab Alexandro qui in dextro suo cornu erat: Alexander autem hostem insequi non audet, altero adhuc cornu pugnante. Interim tamen quod Rex victor non audet, audet adhuc in discrimine constitutus Parmenio. fugientibus enim equitem immitit, tamquam sibi ad pugnam superuacuum. Cum interim in altero vicissim cornu non leuius miraculum, Thessali equites ibi vrgerentur à Persis, quos omnibus diis gratias oportebat agere, si à Thessalis fugæ tantum securitas esset. Interim nulla hic de Græcis, præcipua spe Darii, & propemodum vnica, mentio: nisi quod tandem abruptos à ceteris haud sane fugientibus similes euasisse tradit: quasi interim spectatores tantum fuissent, nec vllum aut Macedonibus exhibuissent negotium, aut ab ipsis sustinuisent. Quanto melius, aptius, disertius hæc omnia Arrianus! In his itaque talibus mihi non fatiscit Curtius: alia eius omnia & prudentissime & politissime composita esse non infitior, cuius rei gratia declinatsem utique hanc notam, si per instituti mei rationem licuisset.

3, II, 4. *IAMQVE IPSI*) Modo significauit me ex toto hoc capite paucissima intelligere: video tamen Curtium hic voluisse dicere non de Thessalis equitibus, nec enim in missilibus pugnaverint; sed de ipso Alexandro. clarum hoc ex n. 9. hoc capite: *Macedones, vt circa Regem erant. Iamque, dum ad Parmenionem abeunt equites, ipse, Alexander, in medium Pers. vnd. c. cum suis, egr. se tuebatur: conserit,* hoc iam ad utroque exercitus pertinet, vt ostendunt sequentia, non ad Persicum tantum, quod volebant alii: Optem videre hæc, quomodo ante Modium habuerint, quem Acidalius dicit fateri se ita, vt nunc leguntur, correxisse, quæ antea mirifice turbassent. Recte tamen ille illustrando huic loco adduxit Diodorum 17, 33. *barbari tanta densa coniecerunt tela, vt propter multitudinem emissorum, atque in se mutuo incurrentium, leniores inferrentur plage.* A quo haud multum dissimilis locus Liuii 34, 38, 2. *missilibus Lacedæmonij pugnabam, à quibus se & magnitudine scuti persicile Romanus tuebatur miles, & quod alij rari, alij leues admodum ictus erant. nam propter angustias loci, conserantque turbam, non modo ad emittenda cum prokursis, quo plurimum concitantur tela, spatium habebant: sed ne re de gradu quidem libero ac stabili conarentur. itaque ex aduerso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis habebant.* Plura vide in tertia post hanc nota. Similia Silius 4, 552. & 9, 320.

SIMPLERANT EMISSA) Vide Indicem voce *simul*.

IN EOSDEM) Falsum hoc. non enim potuerunt in eisdem incidere, quæ mutuo occurfu intercepta, *plura in humum innoxia cadebant*. Modius & ex eo Raderus *in eodem* scribunt: quomodo olim etiam mihi videbatur, priusquam eos vidissem; præferbam tamen, *in idem*. sed neque huic neque illi lectioni quisquam codicum ad stipulatur.

3, 11, 5. *ACIES ITA COHÆREBANT*) Curtius supra 3, 2, 13. *vir viro, armis arma conferta sunt*. vbi Homerî versus adduximus hosce: ex *Il.* v. vers. 130.

Φεζαυτες δε εν δ' αρι, σάκκ' σάκκ' προσελθόντων.

*Αρις ἄρ' ἀριδ' ἔριδ' κέρυς κέρυς, ἀνίρα δ' ἀνίρα.

Quibus versibus longe postponit Macrobius Virgilianam imitationem [*Æneid.* 10, 361. reprehensus eo nomine à Scaligero poet. 5, 3.] - - *haeret pede pes, densisque viro vir*. Nec Virgilius tantum, sed plerique Latini vel Homerum in hoc, vel Virgilium, vel utrumque æmulati sunt. A. Furius Antias:

Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Ennius item:

- *pede pes premitur, armisque teruntur & arma.*

Quidius *Metamorph.* 9, 43.

*Inque gradu stetimus, cæci non cadere, eratque
Cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.*

Et magnifice, vt omnia, Statius *Theb.* 8, 398.

*Lam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,
Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis,
Sic obnixæ acies, pariter suspiria firmant,
Aut motæque nitent aliena in casside crista.*

Non par est huic Valerius Flaccus *Argon.* 6, 182.

*Illi vbi confertis iunxere tremonia telis
Agmina, virque virum galeis afflatuit adactis.*

Segnius vt dixi, illud præsertim, *galeis afflatuit adactis*. Nec Silius æquat, quamuis conatus:

- - - *teritur iunctis umbonibus umbo,
Pesque pedem premit, & nutantes casside crista
Hosilem tremulo pullant conamine frontem.*

& 9, 321.

- - - *galea horrida flictu
Adversa ardescit galea, clypeusque fatiscit
Impulsu clypei, atque ensis contunditur ense,
Pes pede, virque viro teritur - -*

Prorsus his geminum est Tyrtæi, quod tute leges. initium est:

*Ακκ' ἄρ' ἔρως &c. Raderus. His adde Lucanum 7, 493.
*Pompeij densis acies stipata cæteris,
Iunxerat in seriem nexis umbonibus arma:
Vixque habitura locum dexteras ac tela mouendæ
Constituerat, gladiosque suos compressa tenebat.*

Ex Historicis locum Ennii supra relatam citat & Hirtius de bello Hispan. cap. 31. *Cum clamori esset intermixtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatu imperitorum mentes præpediebat*. Hic, vt ait Ennius, *pes pede premitur, armis teruntur arma*. Marcellin. 16, 30. *laculorum deinde stridentium crebritate hinc inde conuolante, puluis æquali motu assurgens*.

gens, & propositum eripiens, armis armis, corpora corporibus obtrudebat. Et 18, 21. Hic mixti cum Persis eodem ictu procurrentibus ad superiora nobiscum, adusque ortum alterius solis immobiles stemus, ita conferti, ut caesorum cadauera multitudine fulta reperire ruendi spatium meliorum possent: neque miles ante me quidam discriminato capite, quod in aequas partes ictus gladii fiderat validissimus, in stipitis modum undique coartatus haberet. Idem 31, 38. nonnulla habet his Curtii verbis & superioribus adfinia. Colliguntur in modum rostratarum navium acies, trudentesque se vicissim, undarum specie moribus sunt reciproci agitatae. & mox: steterunt impropecti pedites, ita concatenatis manipulis, ut fixi nec mucronem exserere, aut manus reducere quisquam posset. item: neque ad receptum confertis ordinibus laxari usquam poterat locus, & euadendi copiam conspicio densior adimebat: nostri quoque ultimo cadendi contemptu occurrentes receptis gladiis obtruncabant, & mutuis securis ictibus galea perfingebantur atque lorice. Plutarchus Pyrrho cap. 71. Ita conferti & conferti inter se quomodo essent, nihil administrari per quemquam virum poterat, sed velut unum corpus in se compactum, uniuersus globus multa capiebat in utramque partem momenta & volumina &c. ensim qui strinxerat, aut lanceam inclinauerat, non erat recipiendi recedendae facultas, verum eis temere obuium quemque transfodiebant, incurrentesque in se mutuo occumbebant. Lilius 23, 27, 5. cum corporibus applicantur, armaque armis iungunt in arcum compulsi, quomodo vix mouendis armis suis spatij esset &c.

MUCRONES IN ORA DIRIGERENT) Haec nullo alio aspectu posuit Curtius, nisi ad ostendendam propinquitatem pugnantium. Alias enim videri possit alluisse ad praecipuum Caesaris, Miles faciem feri, de quo ad Florum 4, 2, 50. & Germanici apud Tacit. 2, 14, 4. ora mucronibus quaerent, quod non putem.

3, II, 7. NON DUCIS MAGIS, QUAM MILITIS) Nam iuuenis iste suo ingenio praecellens audax erat, nec tantum ex auspicio ductoque suo, quam opere manuum gloriam venabatur: nec in eo suorum magis utilitatem, quam suam cupiditatem sequebatur. Clarum id ex eo quod ducib. suis respondit in Mallis prope occisus, infra 9, 6, 17. ergo hunc praecipue versum Homeri laudauit; Il. 2. v. 179.

Idem Rex bonus, & bellator strenuus idem.

Nec sane indigna Rege ea laus est; sed prudentia requiritur, ut in omnibus, quae definiat virtutis ostentandae modum, tempusque commonstret. Quae si absit, saepe grauissimarum calamitatum causa est ea audacia, ut prolixè demonstrat Gruterus discursu II. ad Tacitum; sicut è contra, ubi prudenter & tempori adhibetur, maximorum commodorum. qua de re dicemus, volente DEO, ad Taciti H. 3, 17, 1.

OPIMUM DECVS) Spolia opima Romani moris alludit: de quibus ad Florum I, I, II. diximus. Ceterum Drusus Alexandro huic similem se praebuit, quem Sueton. Claud. 1, II. scribit: Ex hoste super victorias, opima quoque spolia captasse, summoque saepius discrimine duces Germanorum tota acie inieclatum. Sic apud Gregoram I, 6. ο τῶν Τερρων ἀρχηγὸς ἐ Σαλατῶν Ἰασηνῆς, πάντας ἀφ' αὐτοῦ καὶ παραδραμῶν, αὐτὸν ἐχῆται ἢ βασιλεῦς. Turcorum dux Suleianus Iathatines, omnibus omisso & praeteritis, ipsum quaerebat Imperatorem Graecorum. Adde Appendicem ad hist. Ven. Iustini pag. 85, 40.

CURRVS SVBLIMIS) Vide Brisson. lib. I. p. 83. f. quamquam Arrianus & quidem vero similis dicat eum postea fugae tantum causa currum conscendisse, nisi tamen concilies ex Diodoro 17, 34. fuisse in curru, eumque quantibus equis, alio conscenso fugisse. Alexander autem eques pugnam inuit, ut merito tot fidelibus historicis credo, praenugatore Philostrato, qui sine lib. 2. de Apollonio hunc quoque scribit curru in praelio vectum, narratione non simpliciter falsa. nam & Iffor plurali numero, & cum satrapis ibi pugnasse (non cum ipso Dario) dixit. Curru autem

tem veteres proelium inibant heroicis temporibus. Sed & diu postea apud nonnullas gentes in usu fuerunt. De effedariis Britannorum notum est ex Casare. Apud Persas id immutasse Cyrum, Xenophon lib. 6. *παιδ' εἶπε* scribit, pro quadrigis quibus ad id tempus Asiatici omnes usi fuerant, Cyrenaici quidem adhuc tempore Xenophontis utebantur, curus falcatos instituentem.

3, 11, 8. *OXATHRES*) Sequutus sum scripturam eorum librorum, quae alios etiam historicos ad stipulatores habet. Nam & Diodoro 17, 34. est *Ὀξάθρης*: & Plutarcho Artox. cap. 1. qui idem in Alex. c. 78. quamvis *Ἐξάθρης* appellet, tamen in hoc nobiscum consentit, quod trisyllabum scribit.

3, 11, 9. *OMNES IN ORA PRONTI*) Vide notam nostram ad Flori caput 1. lib. 4. in fine, & lib. 1. cap. 18. n. 17. sic Arrian. fin. lib. 2. de Gazensibus: *ἀπὸ τῶν ὀνόματι αὐτῶν πολεμίων. οἱ ἐξ ἑνὸς ἰσχυροτάτου: eo ipso loco quo quisque confiterat, vitam pugnans amisit.* Adde Liuium 8, 38, 14. 28, 22, 16. 30, 8, 8. Polyb. 15, 13. 35, 15.

3, 11, 10. *ATIZYES, ET RHEOMITHRES, ET SABACES*) Arrian. 2, 32, 38. *Ἀτιζῶντες καὶ Ρηομίθρης καὶ Σαβάκες.* Diod. 17, 34. *Ἀτιζῶντες καὶ Ρηομίθρης καὶ Σαβάκες.* *Ἀτιζῶντες* supra tamen eodem libro cap. 21. scribitur *Ἀτιζῶντες*. Idem nomen videtur *Epixyes* apud Plutarch. Themist. cap. 111. quomodo Curtiana exemplaria variant, in proprio libello exhibemus. fuerunt autem hi iidem Satrapae, qui primo proelio ad Granicum contra Alexandrum contenderunt, ut adjicit Arrianus, qui etiam 1, 8, 3. Atizem Phrygiae satrapam fuisse tradit. Rheomithris nomen nescio an corruptum dicam apud Xenophontem ubi quidam est Leomithres *Ἰουβῆσος*. lib. 8. *Sabaces* de quo infra 4, 1, 28. nonnullis codicibus est *Sacaces*, aut *Sabaces*, cuiusmodi libro usus fuerit Sabellicus in hac historia memoranda, apud eum enim ita legitur. Ceterum quod in multis editionibus pro Rheomithre *Trontem* reperio, facit ut suspicet aliud ibi nomen latere, & forte legendum esse *Orontem*, quem si alii non commemorant, nihil certe noui faciunt. Id autem nomen esse illis gentibus usitatum, Arrianus ostendit, qui secundo Darii proelio Armeniis *Orontem* quendam praeficit 3, 2, 8. qui & post Alexandrum ibi praefuit, ut constat ex Polyano 4, 8, 3. Ostendit & Strabo lib. 16. ubi scribit, *Orontem* fluum qui Antiochiam praelabitur, accepisse nomen ab eo qui pontem in eo struxerit. Magis etiam Zonaras tom. 3. paulo post pr. qui eundem fluum, *olim Ophiten dictum post de nomine filii Cambysis Regis Persarum, in eo submersi Orontem cognominatum* tradit. Quamquam Apollo Clarius apud Pausan. lib. 8. *Orontem* Indum fuisse responderit. Virg. Aen. 1, 117. duci Lyciorum id nominis adcomodat. Adde Diodor. 15, 10.

SED PROMPTISSIMI) Ita solet. Caesar de bel. Ciuil. 3, 97. *In eo proelio non amplius CC. milites desiderari; sed centuriones fortes viros, circiter XXX. amissi.* Intersectus est etiam fortissima pugnans *Crastrinus*. Obseruat idem Gablman in Mansfeldiana militia Hungara, ubi de clade Turcarum ad Strigonium: *Praefectorum pauci incolumes permansere, quia reliquis exemplo primi ante omnes ardentissime pugnarunt. Et plerumque accidit in cruentis praeliis optimos virorum desiderari. senlit olim magno suo incommodo Annibal ad Cannas apud Liu. 22, 52, 6. cui ea pugna occubuerunt ad octo millia, paruus numerus, si Romanorum cladem spectes, sed nempe, fortissimorum virorum, quod ipsum valde debilem reddidisse idem auctor postea notat. Sic Tacit. H. 2, 25, 5. promptissimos praetorianorum equitum interfecere. Xenophon post pr. lib. 4. *παιδ' εἶπε: Ἀσσυρίων ὅρων ὁ πρίνσιπτος, & cum hoc fere fortissimus quisque occubuerat. Ratio est in illis Agricola apud Tacit. Agr. 34, 3. ceterorum Britannorum fugacissimi, ideoque iam illis superstitibus. Quomodo siluas saltusque penetrantibus, fortissimum quodque animal**

robore,

robore, pauida & inertia ipso agminis sono pelluntur: sic acerimi Britannorum iam pridem ceciderunt: reliquis est numerus ignavorum & metuentium. Pertinet huc proverbiū, Timidi matrem non flere. Cornel. Nepos in Thraſy. b. 2, 3. Pulchre igitur Ovidius Fast. 2, 751. metum Lucetiae exponit:

*Sint tantum reduces. Sed enim temerarius ille
Est meus, & stricto qualibet ense ruit.
Mors abis, & morior, quoties pugnantis imago
Me subit: & gelidum pectora friget habet.*

ALEXANDRI Intra 3, 12, 2. quippe summa cutis in femore perstrieta. Chares apud Plutarch. in vita cap. 33. auctor est Alexandrum à Dario vulneratum esse, vulnere tamen non graui. Sed Alexander in Epistola ad Antipatrum læsum & perstrietum telo femur in prælio scribit, auctorem tacet. Accipe ipsa Alexandri verba: *Συρίβη δὲ μοι (Φησὶ) ὑπὸ αὐτοῦ ἐχρησθῆναι ἀπὸ πύλων εἰς τὸ μέγρον, ἀπὸ ἰσθμῶν ἄπορον ἔτε παραχρησῆμα, ἔτι ὑστερον ἐκ τῆς ἀληθείας ἀπίστησεν.* Conigit, inquit, mihi pugione saucia-ri in femur adactis, sed vnde nulla pernicies aut illico, aut postea secuta est. Chares ait duos reges manus inter se conferuisse, sed hoc mihi ἀπίστη, quod Darius tam propinquum Alexandrum non expectarit, à quo nisi perempto non abisset Alexander. Verisimilius ergo ab incerto equite per ingruentem impetum perstrietum esse, quod non obscure docet Diodor. 17, 34. *Accidit, inquit, & ipsum Alexandrum, cum se magna vis hostium in illum infunderet, in femore vulnerari.* Raderus.

3, 11, 11. **IVGVVM QVATERE** Iam supra ostendi iugum non in curru, sed in equorum iugalium ceruicibus quaerendum. Petronius:

*... ceruicibus
Nudo remissus Theſſali quadrupes iugo
Cervicem, & altis quatere ad excurtum iugas.*

Illud enim conabantur excutere. quare coactus ipse Darius præter morem Persarum & dignitatem regiam habenas atripere, & coercere impetum equorum, quoad alix quadrigæ adducerentur, quibus periculum euaderet. Vti est apud Diodorum 17, 34. Raderus. Plutarch. Alex. cap. 62. hæc accidisse scribit in posteriori prælio.

IN EQVVM Arrian. 2, 2, 36. *ἄρτις ἢ ἵππον ἐπιβὰς ἵφθρα, conscensu equo fugis.* sed vox illa communis patiebatur, vt feminino genere exponeretur, conscensa equa fugis. *ἵππον ἀνίστη ἤδλον,* ait Ælian. Hist. animal. 6, 48. equam conscendit, quæ quod relicti memoriam puli recordaretur, quanto maximo potuit studio & celeritate, cum ipsum prædicatur ex periculis eripuisse. Vt hinc vel apud Curtium tentari possit, in equam, quæ ad hoc sequebatur: præsertim cum & posteriora hæc verba innuant fuisse aliquid non vulgare aut consuetum in co iumento. Firmat & Plutarch. Alex. c. 62. *Ἰάλιον ἢ (ὡς φασιν) νεότερος ἵππος ἐπιβὰς ἵφθρα:* equam (vt ferunt) præcens etiam conscendens fugit. Et simile quid de Antiocho legas in Iosephi compendio Hebraico. *Perniciores fuisse equas, & veteribus plures quam equos in usu, notum,* inquit Goldastus Alamann. tom. I. pag. 185. p. in Ekkehardi Iunioris casus cap. I. ad hæc verba: *ascendensque equam velocissimam. vbi equicem pro equa dici notat. Nostris quidem moribus haud decorum habetur equa vehi: minus etiam Hibernicis. ibi enim Equas, vt pariant, tantum pascunt. Nihil ad equis estimationem turpis, nihil ad inspectantium castrinos aptius, quam in equa sedere.* Stanihurstus lib. 1. de rebus Hibernicis.

INSIGNIBVS QVQVE IMPERII Dixi ad Morum 1, 18, 7. quibus addi potest Tacitus H. 1, 81, 3. *Magistratus proiectis insignibus &c. latebras petiere.* Dio lib. 45. de Asinio Pollione: *quo facilius in fuga lateret, paludamentum abiecerat.* Adde Caesar. de B. Ciu. 3, 96. Xiphilius simile quid de Traiano narrat, sed non fugæ causa factum:

factum: quamquam vestem regiam deposuerat, ne ex ea agnosceretur, tamen vix vulnera effugit. Addi reliquis potest & Tigranis exemplum, qui à Lucullo superatus, cum fugeret, insignia regia filio suo lachrymans tradidit. Plutarch. Lucullo cap. 60. Quae autem insignia abiecerit Darius, tum ex ipso auctore nostro cognosci potest, tum & Briffonius lib. 1. pag. 40. prolixè enarrat.

3, 11, 12. *QUA CUIQUE*) Alia quæ cuique. sed illam lectionem, postea etiam in Amst. edit. repertam defendi in Indice Floriano voce *Qua*. Sic infra 5. 13. 18. loco similino: Barbari ducibus destituti, quæ quomque aut spes ducebat, aut pavor, dissipabantur. sic Marcellin. 18, 20. *P* in rebus solet afflictis ambigentes cuiam deberet aut possit occurrere, trudente pondere plebis immense, passim quæ cuique proximam videbatur, diffunditur. Iterum 31, 37. *Acies inclinata nostrorum, quod solum postremis malis habuere subsidium, incondite quæ quisque poterat, vertuntur in pedes.* Quomodo forte scrib. eodem lib. cap. 42. *Dextra pars, alij laeva, vel quo (sattæ qua) metus traxerat, ferebatur quisque.*

AD TVTELAM CORPORVM) Sallust. Cat. cap. 58. in fuga salutem sperare, quæ arma, quæ corpus tegitur, ab hostibus auerteris, ea vero dementia est. Et in Iugurth. cap. 107. *Neminem decet qui manus armauit, ab inermis pedibus auxilium petere: in maximo metu nudum & cæcum corpus ad hostes vertere.* quæ loca P. Victor. V. L. lib. XI. c. 2. rectè putat sumpta ex Xenoph. 3. *ταυδ' εἶναι.* vbi Assyrius rex ad suos stultum est, eos qui superiores esse velint, cæcas corporis partes, & armis ac manibus destitutas, per fugam hostibus obuertere.

3, 11, 14. *INCOMPOSITOS VICTORIÆ FIDUCIA*) Iisdem prope verbis, in re simili vsus Liuius 21, 52, 10. *si sparsos & incompósitos oneratosque, prædæ plerosque, cum inopinantes inuassent, ingentem terrorem eademque ac fugam vsque ad castra stationisque hostium fecere.* Ea res multis eripuit victoriam. Sic apud Polyb. 1, 74. Hanno cladem accepit à mercenariis rebellibus, quos mox cap. 18. eadem peccantes Amilcar percussit, conuerso agmine fugæ speciem præbens: cum *Asri & mercenarij fugere Carthaginenses ex pauore rati, soluti ordinibus eos inuadunt &c.* *Asri qui temere ac sparsim certamen erant orsi, inopinata illorum virtute percussi in fugam subito inclinantur.* Simile Labieni strategema apud Dionem lib. XL. Pertinent huc omnia exempla eorum qui ob rem bene gestam negligentiores facti, plenæ victoriæ defuerunt, vt Hispani apud Liuium 23, 27, 2. Item eorum, qui fugæ simulatione id egerunt, vt hostem temere insequentem, distraherent, quod Parthus vsitatissimum fuit.

3, 11, 15. *EQUI PARITER*) Variè vexata lectio, sed hæc maxime extra vitium visa. tædet referre tot doctorum hominum coniectamenta, quibus temere quicquid displicet incurstantes pridem hanc infamiæ notam inuulerunt utilissimæ pulcherrimæque arti, vt vulgo putent nulli eam vsui esse, quam conturbandis auctorum scriptis, per lusum & iocum quæcunque in buccam venerint secure effutientium. Certe eruditissimi Rutgerfii coniecturam non damnem, qui sic legit. *Equi p. e. P. s. l. graues, id genus agmos, quod celer. max. constat, agre moliebantur.* Certum enim, equitatus potissimam vim in celeritate consistere. Manet tamen adhuc vocula sequens quippe, quæ Acidalio non sine causâ plurimum hic turbare videtur. Et sane si quid liceat mutare, faciam; ideoque vel, *eoque in c. e. s. T. m. occupauerunt.* Porro inserunt hic omnes veteres, voculas, ob id genus, quas non intelligo. Iidem mox pro multis legunt *inulti*, quod haud sane displiceat, si cetera possim constituere. Rem quod attinet, de armatura hæc Persica plenissime tradiderunt Briffonius, lib. 3. p. 289. & 305. & post eum Lipsius de Mil. Rom. 3, 6. ex quibus vnum atque alterum scriptorem, qui huic illustrando maxime facient, excerpam. Sic igitur Claudianus in Rufin. 2, 357.

- - - - - coniuncta per artem

Flexilis inductis animatur lamina membris.

Horribilis visu, credas simulacra moueri

Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.

Par vestitus equis

Marcellin. 16, 16. Praxitelis manu pe-

lita crederes simulacra, non viros quos laminarum circuli tenues apti corporibus, flexibus ambiebant, per omnia membra diducti, ut quocumque artus necessitas commouisset, vestitus congrueret, iunctura cohaerenter aptata. Scriptor Græcus apud Suidam voce Θάλασσα: Lorica Parthi equitum est talis. Prior eius pars pectus, & femora, & manus extremas, & crura tegit: posterior tergum, & cervicem, & caput totum. Fibula vero sunt ad latera, quibus viranque partem iungunt, atque ita totum equitem ferreum faciunt videri. Prohibet vero nihil, aut impedit ferrum membrorum extensiones siue contractiones, adeo vniuersa factum seclumque est ad naturam membrorum. Armant autem & equum similiter ferro, totum quidem & usque ad ungulas. hoc ideo, quia nihil illis arma profors propria, si equus interficiatur. Manere hanc armaturam Persis in nostra tempora monstro ad Surtii

Comment. rer. in orbe gest. pag. 14. Adde Sansonin. de Regnis pag. 47. b.

EQVIS SPIS) De Persis accipe, non de Theffalis.

3, 11, 16. NON ANTE AVSUS) Pal. I. non a. auso. bene. qua forma mox 3, 12, 10. expectato diu.

3, 11, 17. CADERET) Recte sic, nam scilicet fugientes cedebantur. Acidalius tamen voluit, cederet.

METVS &c. MORABATUR) Pulchre mehercules, & ex intima natura. Sic enim fit occulto, nec quo, fatiscio, modo. In trepidatione metu impellimur ad fugam, quam nitentes tamen eodem retinemur. Eleganter hoc idem fere Latinus Pacatus, Theodosii Panegyrico, scriptor, ut illa aetate, minime spernendus, & quem ego sane amo aestimoque, nec si optio detur, vnam eius orationem illam, nisi sunt eiusdem inter panegyricas etiam plures, quod alibi querendi erit locus, haud equidem multis aliorum, vna etiam atque altera poene dicam Ciceronis mutem. Isita cap. 38. *Ut clausa cassibus fera questio diu exitu desperatoque consistunt, & praetimore non fugiunt: ita ille ipso quo agitabatur metu alligatus, in oppidum semet Aquileiensis precipitatus.* Acidalius. Similiter Ouid. Metamorph. 3, 46. *Sine illi tela parabant, siue fugam; siue ipse timor prohibebat virumque.* Marcellin. 17, 23. *Stratisque plurimis quorum gressus vincerat timor.* Agricola Taciti 34, 4. *Non restiterunt, sed deprehensi sunt nonisissimi: ideo extremo metu corpora defixere in his vestigiis.* Arrian. 1, 5, 23. *quorum agmen eodem loci ubi consistere iussum erat, stupore potius inopinati euentus, quam certa aliqua ratione se continebat.* Fugientium in magno metu trepidationem expressit etiam Soiter. lib. I. de B. Pannon. fol. 8.

3, 11, 18. AT GRÆCI) Arrianus 2, 2, 32.

3, 11, 20. LVXXRIÆ APPARATVM) Plutarchus Alex. cap. 34. hunc exprimit: *Ut autem holcia vidit & crosso, ampullas, alabastris, ex auro fabrefacta omnia &c.* Inter hæc vasa, reor, fuit scrinium illud Græcis & Latinis celebratum, in quo Homeri carmina reposuit, ut in hunc modum de eo tradit Strabo lib. 13. *Et enim fertur quaedam emendatio poetæ Homericæ, quæ è Narthecio Alexandri appellatur, posterior Callisthenis & Anaxandri correctionibus: cum singula Alexander perlegisset, ac quaedam adnotasset, codicemque postea in Narthecium deposuisset, quod scrinium in gazæ Persica repperat, pretiose admodum comparatum.* De eodem Plinius 7, 29. his verbis: *Itaque Alexander Magnus inter spolia Darij Persarum regis vnguentorium scrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pretiosum, varios eius vius amicis demonstrantibus (quando sedebat vnguenti bellatorem & militia sordidum) imo Hercule, inquit, librorum Homeri*

custodia detur, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime diuini opere seruetur. Addit his Petrus Victorius Alexandrum ab Homeri amore dictum Φιλόμηρος. Sed quid miramur Alexandrum Græcum fuisse Φιλόμηρος, cum Persæ & Indi in patriam versâ linguam Homeri carmina cantarint. Sed redeamus ad Curtium. De Castrorum luxuria multa Brissonius. Cæsar de bello Ciuil. 3, 96. Pompeiana castra fere vt hic Curtius Dariana describit. Raderus.

IN COMPAR. MELIORVM) Idem adnotauit Gablman in Mansfeld. militia Hungarâ, de præda ad Strigonium parta: ex rerum multitudine subito quis optimum melioris spe fastidit: incerto certum vendens. & mox: Omnia regium oculi: nunc quis onerat sese vestimentis, mox aliud aspectans, primæ subterre osor, illud apprehendit: donec sape vacuus, aut mera scrutinia (immo scruta) misere baiulans reuertatur. Belle Auentinus lib. I. vbi de successoribus Alexandri: *Aduersus immodicas cupiditates nullus stat terminus, & difficile est eo consentum esse, quod offeri occasio: sordem prima, cum maiora sperantur.* Ex Seneca, ni fallor.

3, II, 22. *CASTRÂ REPLEVERANT*) Deleam τὸ castra: verbum replerant respondet præcedenti omnia. id qui non videbant, arbitrati deesse vocem aliquam ita supplerunt.

NEC VLLA FACIES MALI) Vt moris est in expugnationibus urbium, quibus hæc castra similia erant, ob feminas præcipue & pueros quos secum duxerunt Persæ: quorum etsi magna pars Damascum concesserat: necesse tamen fuit non leuem numerum remansisse cum reginis & virginibus regis. Ideo in descriptione rerum tristium hæc comparatione vtuntur auctores. quomodo Tacit. I, 41, i. *velut in vrbe victa facies, geminusque & plangitur.*

3, II, 23. *TABERNACULVM*) Vide Brisson. lib. 3. p. 321. Porro in scriptura huius loci, tanquam in scyrpo nodum quarit Acidalius, nihil tamen reperit, quod solui mereatur.

QUASI VETERI DOMINO) Tanquam iam inde à principio ad Alexandrum pertinisset, hique custodiæ eius ab ipso præpositi fuissent.

INTACTVM OMISERANT) Quasi proprie ad Regem pertinens, cui hoc eximium merito seruetur. Recte igitur apud Plutarch. Alex. c. 34. Alexandro dicenti; *Eamus ad abluendum Darij balneo contractum ex pugna sudorem: quidam ex amicis; Minime vero, inquit, imo Alexandri, que enim ad victus perimere, ea & esse & dici debent victoris.* Verum enim est, non equalia singulis tribuentia; sed præstantissimos quosque magis etiam præ ceteris cum honoribus, tum donis augendos esse. Xenophon lib. 2. *ætid.* apud quem lib. 7. Sardibus captis Cyrus hortatu Chryfantæ, regiam occupauit. Sed & ante lib. 4. in fin. castris Assyriorum captis *Cyro pulcherrimum selogeram tabernaculum.* Idque nunc quoque solet obseruari: quomodo Turcis ad Strigonium castris, Beglerbegi papilio casti Mansfeldio cuius elaboratum opus decem millibus talentorum estimabatur. Gablman in Mansfeld. milit. Hungarâ. Vide ea de re differentem vt solet, virum magnum, Hugonem, inquam, Grotium de iure belli 3, 6, 24. Non omitenda sunt quæ hic addit Diodor. 17, 36. *Tum regis ministri, occupato Darij tabernaculo, batneas & mensas, quibus ille resus fuerat, apparabant, accensisque tectis bene multis regem expectabant, vt ab infestatione reuersus, omnem Darij apparatum occuparet, Astaque totius imperium felici hoc augurio capesseret.* Sic Diodorus, qui tamen parum caute, superiori & hoc capite scripserat, tabernaculum Regis à Macedonibus direptum fuisse.

3, II, 24. *CONIUNXIT*) Eadem & foror, quod hic notauit Arrianus 2, 2, 39. *καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ ἢ καὶ ἡ ἀδελφὴ Δαρῆος:* quamquam illa particula & induxit in errorem interpretes, vt vna ex muliere duas faceret: *mater Darij & mater, foror etiam ac filius &c.* Sororem enim suam, pulcherrimam mulierum, incesto quidam

dem, sed inde à Cambyse patrio Persis more, vxorem duxerat. quod etiam liquet ex Plutarchi Alex. cap. LII. Vertendum igitur fuit cum Orosio 3. 16. *Inter captiuos castrorum mater, & vxor eademque soror, & filiae duae Darij fuere.* Ea res exemplo fuit Graecis Aegypti regibus, aliisque, vt & ipsi sorores ducerent, qua de re dicendi locus erit ad Taciti 2, 3, 5. Simile mendum illatum est Bembi Hist. Venetae lib. II. pag. 58. f. *Ferdinandus &c. cum Federico patris, & vxore Ferdinandi aui sui atque filia.* Vbi itidem istud atque institutum est. nam Ferdinandi posterioris vxor fuit ipsa illa aui sui filia. Vide Cominatum 8, 14.

3, II, 25. *NON SVO TANTVM*) Nam vbi sincerus est amor, haud perinde sua cuius incommoda, quam amatorum dolent. Expressit hoc elegantissime Martialis 1, 14.

*Castra suo gladium cum traderet Arria Patro;
Quem de visceribus traxerat ipsa suis;
Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit,
Sed quod tu facies, hoc mihi, Patre, dolet.*

Sic supra 3, 5, 8. De periculo Alexandri Macedones immemores sui querebantur. mox 3, II, 26. *illa sua calamitatis oblita &c.* Plutarch. Antonio cap. 100. de Cleopatra: *suorum pene malorum est illius miseratione oblita.* Adde eundem Aemilio cap. LVII. Fabri Semest. 3, 99. m.

CIRCA EAM) Putem legendum circa eas. & necesse est, ob sequentia; *Reginas dominasque &c.*

LACERATIS CRINIBVS, ABSCISSAQVE VESTE) Praeter familia loca Curtii, aliaque ex Briffonii lib. 2. pag. 256. à Radero descripta, mos ille non quidem Persarum proprius, sed communis illis atque reliquis Asiaticis nationibus, sed & Europaeis, in lectu aut graui dolore, fuisse deprehenditur. De Phryge suo Virgil. 5, 685.

Tunc prius Aeneas humeris abscindere vestem.

De Assyrio Tigrae Xenophon *ταυδ. 3. περιτρίσσοτο τὴν πάγου ὑπὸ τῶν πτερόων, ὡς ἔχοντες ἀπὸ τῆς ἀνύλας τῆς ἀνύλας, ὡς ἔχοντες ἀπὸ τῆς ἀνύλας τῆς ἀνύλας*, anulla tiara, vestes etiam discerpit. & sub fin. libri, de Assyriis mulieribus: *vestibusque discerpit etiam unguibus ora dilaniabant.* Item in pr. lib. 5. *Panthea dilacerata superiori veste cepit ciulari.* Sueton. Caes. 33, 1. *fidem militum flens, ac veste à pectore discissa inuocauit.* Genes. 37, 29. *scissis vestibus pergens ad fratres suos.* Ibid. 44, 13. *At scissis vestibus &c.* Iudic. 11, 35. *qua visa scidit vest. sua.* Num. 14, 6. *sciderunt vest. sua.* Reg. 4, 5, 7. *scidit vest. sua.* Ios. 7, 6. *scidit vest. sua & pronus cecidit in terram.* Maccab. 1, 2, 14. *Et scidit vest. sua Mathathias & filij eius: & operuerunt se ciliciis, & planxerunt valde.* Iob. 1, 20. *exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in ortum.* Marci 14, 63. *Sommus autem sacerdos scindens vest. sua ait &c.* Actor. 14, 13. *scissis tunicis suis exierunt clamantes in turbas.* Reg. 2, 1, 2. *homo veniens de castris Saul veste conscissa, & puluere conspersus caput.* ibid. ver. 11. *Apprehendens autem Daniã vest. sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo.* Matthaeus 26, 65. *Tunc princeps sacerdotum scidit vest. sua.* Reg. 4, 18, 37. *Venitque Eliacim &c. scissis vestibus.* Ibid. 4, 19, 1. *Ezechias Rex scidit vest. sua, & operuit est sacco.* Reg. 2, 3, 31. *Scindite vest. vestra & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner.* & 2, 15, 32. *Chusai Arachites scissa veste, & terra pleno capite.* Seneca de ira 1, 16, 27. *sua vestimenta scindentem, quia tardius scindebantur aliena.* Euseb. hist. Eccl. 3, 17. *veste dilacerata, ingenti cum gemitu caput feriens.* Diodor. 17, 35. *tunica vix simpliciter amicta, restitutumque lacerantes cum lanentis è papilionibus tunc prostuebant.* Apulei lib. VIII. *discissaque inuerna decora brachia sanientibus palmulis conuerberat.* Et mox. *adhuc flentem maritum, adhuc vestes lacerantem, de nuptiis conuocare.* Silius

lius lib. 6, 405. Squallentem crinem, & tristes lacerabat amictus. & lib. 13, 388. Pulsato laceroat violemter pectore amictus. Dio lib. 56. Augustus Varianta clade audita, vestem, ut quidam memorant laceravit, inque magno luctu fuit propter amissum exercitum. Claudian. de raptu Proserp. 3, 149.

amictus

Concidit, & fractas cum crine auellit aristas.

De Cerere loquitur. Sueton. Ner. 42, 2. veste discessa, capite conuerberato, actum de se pronuntiavit. Capitolin. in Gordian. cap. 13. incurrere in parietes, vestem scindere, gladium arripere. Quintil. declam. 27. Tum lacerare vestes, tum verberare vultus meos incipi. Plut. Cicer. cap. 42. permulti patrum vestibus laceratis curia se cum magno stremitu effundere. D. Hieron. in Matth. lib. 27. Consuetudinis est Iudaica, cum aliquid blasphemia, & aliquid contra DEVM audierunt, scindere vestimenta sua. quod Paulum quoque & Barnabam in Lycaonia, quando deorum cultus venerabantur, fecisse legimus. Dio lib. 40. Cuius facti indignitate Paulus commotus, vestem suam profudit. ubi pro Paulus debuit poni Pijo, nam de eo est sermo. Zonarastom. 2. de Augusto: dictaturam repudiavit: & tum neque disserendo, neque deprecando quicquam proficeret, vestem suam laceravit. Hierod. 1, 40. de sorore Commodi: Hec loquens vestem scidit. Tertullian. aduers. Psychic. Duritia hostis ammoniata, scidit vestem. Virg. Æn. 12, 609.

h scissit veste Latinus

Coniugis attonitus factis, vrbisque ruina,

Canicem immundo perfusam puluere turpars.

Seneca in Octauia versu 328.

Scindit vestes Augusta suas,

Laceratque comas, rigat & massis

Fleibus ora. Similiter, ut Lydi, Croesum vincum videntes

apud Nicol. Damascenum in Excerpt. Vales. pag. 457. Dio lib. 48. pag. 433. E. crines suos laniabant, vestem rumpebant, nominatim eos inuocabant. perinde ac si exaudire illi possent, & quasi eo in loco mortuos ac iacentes complorabant. Plutarch. Anton. c. 100. de Cleopatra: peplo eum lamentans dilaceravit, pectusque suam percutiens & lanians manibus &c. Statius Siluar. 2, 1, 169.

Tu modo fessus huius lucem auersaris iniquam;

Nunc torrens pariter vestes & pectora rumpis.

& Silu. 5, 1, 20. - - - tunc flere & scindere vestes,

Ei famulus lassare greges, & vincere planctu,

Fataque & iniustos rabidis pulsare querelis

Calicolas, solamen erat. Scripsi planctu, non planctus, ut male praeferrunt editiones quas vidi. Lucian. de luctu: Accedunt ad haec mulierum eiulatus, omniumque lachrymae, pectorum planctus, comae dilaniatio, genarum cruentatio. Alii vestem discerpunt, & puluerem capiti inspergunt.

INVOCANTEs) Alii vocantes, illud haud spernam. nec spreuit doctissimus interpres Dionis lib. 48. de iis qui pace cum Sex. Pompeio facta necessitudines suas requirebant: ὀνομασὶ τῶ ἀντιθέσ ἀνιγγλῆν: nominatim eos inuocabant. Sic eo verbo vsus Iustinus 25, 2, 11. in auxilium à Bithynia rege inuocati. Similis Curtii loco est apud Plut. Anton. cap. 100. διατίθησι ἐφοδῆ, καὶ ἀνορία, καὶ ἀσχετά τετα, dominum, virum, imperatorem appellavit, vel, inuocavit. Sic ordo Mutinensis appellabat Patres Conscriptos, intempestiuo honore. Tacit. H. 2, 52, 4. Ctesias apud Plutarch. in Artoxerx. ἀκροντι πῶν φοδρῶντι, ἀνακαλεμένων Κυρον βασιλέα. Liuius 1, 26, 2. de Horatia: stibilibiter nomine sponsum mortuum appellat. Marcellin. 18, 21. f. multis caritates diuersas, quas

quas præ angustis videre non poterant, inuocantibus. Sic & alibi Curtius. Indicem vide.

3, 11, 27. CÆSAR SVNT) Diodorus 17, 36. numerat peditum 120000. equitum 10000. Arrianus 2, 2, 38. peditum 90000. equitum 10000. vniuersæ 100000. non amplius. Iustinus 11, 9, 10. rursum aliter: *Cæsa sunt peditum vnum & sexaginta millia, equitum decem millia: capta quadraginta millia.* Orofius 3, 16. iterum ab omnibus aliis abicit: *Ibi tunc, inquit, peditum octoginta millia, equitum decem millia cæsa sunt: capta autem quadraginta millia.* Plutarchus Alex. cap. 37. generatim vtriusque videtur iudicium ponit cæsas, hoc est super centum & decem millia, sine equitum peditumve discrimine, tanta est varietas scriptorum in vnicò cæsum numero. Scripsit Antipater epigramma super hac cæde Persarum ad Isum. Anthologiam 3, 5, 18. adi. Hancne pugnam Philoxenus Eretrius pictor coloribus redintegrauit; an illam Alex. cum Dario ad Arbela seu Gaugamela, Plinius 35, 10, 53. non exprimit. Raderus. & eadem fere Acidalius. Obiter adnoto, Iustini locum supra citatum corruptum videri; nec enim placet illud *vnum & sexaginta*: quando vnum illud nemo temere Græcus scriptor, ex quibus hæc haurienda fuit historia, adiecerit. illi enim per myriadas computauerunt hanc eladem; quod caussa est, cur idem faciant omnes, etiam Latini, qui numerum hoc prælio cæsum captorumue referunt. Igitur potius crediderim in Iustino scribendum *centum & sexaginta*. Certe nec Sabellico priorera scripturam placuisse apparet ex eo quod verba *vnum &* omittens Ennead. 4, 4. ita scribit: *Trogus peditum sexaginta millia cecidisse ait.* De numero occisorum, quem Histor. Miscella prodit, proxime sequenti nota dicemus.

AT EX PARTE ALEX.) Historia Miscella 2, 15. *Scriptorum omnium veterum mos est, ex ea parte que vicerit, occisorum non commendare numerum, ne victorie gloriam maculans damna victoris: nisi forte cum adeo pauci cadunt, vt admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum.* sicut in prima congressione Persici belli apud Alexandrum Magnum fuit, cum inter quadringenta ferme millia hostium interfecta, centum viginti equites, & nouem tantummodo pedes in eius exercitu defuisse referuntur. Atque ita Orofius 4, 1. vnde hæc exscripta sunt. Sed videlicet manifestus est error in prægrandi illo numero quadringenta millia, quot certe nullo vno prælio, quæ Alexander pugnavit, interierunt: nedum in prima congressione Persici belli, nimirum ad Granicum, hanc enim pugnam intelligere nos ea verba cogunt. At illic si Diodorū 17, 19. sequimur, 10000. Persarum peditum ceciderunt; si Plutarchum Alex. c. 26. viginti millia, equitum 2500. Arrianus 1, 5, 27. etiam mille equites numerat. nisi forte ibi ex mendis occasione tantillus numerus hæsit: plures enim multo cecidisse consentaneum est. Sed vt valde augeamus numerum, apparet eo non posse ascendere, vt Orofio ratio constet. plures enim ille interfectos scribat, quam alii in acie fuisse: qui enim plurimos scripserunt, 120000. tradiderunt, præter Iustinum & ex eo Orof. 3, 16. qui numerum immodice auxisse (nam 600000. Persis tribuit) vel inde conuincitur, quod ipsi postea regi, in prælio ad Isum minus virium tribuit. quod quidem barbaris ingenii non conuenit, eique Dario, qui potissimam & spem & ostentationis partem in hominum multitudine reponerat: Ergo præ quadringentis millibus vtique reponenda erunt quadraginta. Sic tamen satis esset memorabilis victoria, è diuerso triginta tantum peditibus, equitum supra octoginta quinque cæsis, vt quidem Arrianus 1, 5, 25. scribit: quem eadem opera duplici errore interpretum liberabimus: quos & Lipsium ad Vellei. 1, 11, 3. aduertisse postea reperi, cum ibi in historiam hanc inquireremus. Sciendum igitur, verba τῶν μὲν ἰταλέων non esse reddenda, ex auxiliariis copiis, sed siue Vellecium sequaris, ex ipsius turma: siue Plin. 34, 8, 20. ex amicis eius. auxiliares

equites Arriano semper sunt vel *μυθοφόροι*, vel *ξυμμαχοι*. Alios ab his fuisse apparet *τὸς ἰταίρους καλομένους*, ut iterum Arrian. Indic. 3, 14. vbi itidem interpretes non recte, & equitatum sociorum VIII. millium. pro his, & equites, quos *sodales* appellant, omnes (nimirum cum hypaspidibus, & omnibus sagittariis, quos tum secum ducebat) ad VIII. mil. hi igitur sunt ex *turma regia*, quomodo Velleius interpretatur *τὰς ἰλιν τῆς βασιλικῆς*, cuius frequentissima apud Arrianum, & exacta mentio. idque verum esse apparet tum ex cetera eius pugnae descriptione, tum inde quod Alexandro hastam petenti, porrexit *Διβάρατ' ὅτιν ἄμφ' αὐτὸν ἰταίρων*, vbi iterum perperam versum ex *auxiliariis*, nulla insuper ratione habita vocum *ἀμφ' αὐτὸν*. Sic & in sine lib. I. Gazensium muros primus transcendisse dicitur Neoptolemus ex *Æacidarum* gente, *ἄνους* ex sociorum numero. pro, *ex amicis*, vel *ex turma regia*. Quid quod sejungit hos à cetero equitatu Arrianus. nam ut sequitur, *ex reliquo equitatu supra LX. desiderati sunt*, quod honoris auxiliariis utique non exhibuisset, ut eos tanquam eximios separatim à ceteris memoraret. Iam vero quae Alexandri futura fuit inuidia, si neglectis Macedonibus, statuas auxiliariis erexisset? succurrunt alia plura, his non leuiora: sed aliqua temporis est habenda ratio, ideoque ad Ind. in *amicorum ala* relucemus; praesertim cum hic alia quoque non pauca supersint dicenda. Hic ergo prior est interpretum error: alter, quod verba *ἐν Διῷ* maluerunt reddere *in templo Iouis*, ne loco quidem vbi illud fuerit, indicato: quam *Dij* vel *in Dio*, cuius & apud Diod. 18, 4. hisdem verbis mentio: *τὸς ἱεῖρας ἰδὲς ἡγεμονίας ἀδῆνας* &c. *ἐν Διῷ μὲν, τῷ Διῷ &c.* *Templa exstruenda erant* &c. *Dij* quidem, *Iouis*. quod inter primaria Macedoniae oppida fuit, & quod praecipue huc facit. *exornatum publicis locis*, & *multitudine statuarum*, ut ait Liuius 44, 7, 2. vnde colligas ibi quoque fuisse, quas Arrianus exerte *ἐν Διῷ* repositas scribit, à *Lysippo* efformatas: qua in re obiter emendo Velleium 1, 11, 4. *Alexandrum impetrasse à Lysippo*: nam si omnia pondero, haud dubie scribendum est; *Alexandrum impetrasse Lysippo*, ut iam alibi, credo ad Tacitum, monui. Idem mendum insedit & Hieronymi epistolae, quae inter Augustinianas refertur loco XI. *Petrus inire reprehenditur, qui princeps circumcisionis id impetraverit gentibus*, quod soli qui ex *Iudeis* erant, debuerant obseruare. vbi scrib. *imperauerit*. Tot igitur in illa ad Granicum pugna cecidisse ait Arrianus, 30. inquam, pedites, equitum supra 85. quamquam Aristobulus apud Plutarch. Alex. cap. 26. auctor sit 34. omnino cecidisse, atque inter eos nouem pedites. quibus detractis restant 25. equites, quot & Arrianus ex amicorum turma desideratos scripsit. Iustin. 11, 6, 12. nouem etiam pedites numerat, CXX. equites. quem Orosius, ut solet, sequitur. Multas eius generis victorias monumentis scriptorum testatas hic indicatum ibamus, quod & liberalis cognitionis res est, & admirationem diuinæ prouidentiae, humanaeque superbiae simul & imbecillitatis opprobrium continet. Sed quoniam video ultra morem nostrum hanc notam excrescere: differam ad 4, 16, 26.

TRIGINTA OMNINO ET DVO) Assentior Modio & Glareano trecenti legendum pro triginta. Nimis enim ille angustus numerus: neque mouere debet *ἑπιφύνημα*, quod subiunctum, *Tantulo impendio ingens victoria stetit*. Nam etiam sic impendium fatis leue. Acidalius. Post quos ita Loccenius: Velim hic simpliciter legi *trecenti*, sublato & *duo*. sic enim respondebit numerus illi Diodori 17, 36. *Ex Macedonum pedibus*, inquit, *trecenti, & 150. equites defuere*. In Iustino 11, 9, 10, item emendarim pro *pedum* 130. *pedum* 300. Haecenus Loccen. Hos sequitur Raderus, cum alii quoque auctores amplio rem occisorum prodant numerum. Negat insuper Glareanus ex *Valla triginta & duo* Latine dici, sed praeponendum esse numerum minorem, adeoque errorem cum ex notis numerorum natum. quae res suspicionem facit.

facit, alio forsitan exemplari vsum Sabellicum, propius ad veram lectionem accessisse. sic enim ille in narratione huius proelii Ennead. 4. 4. Macedonum, quorum fides sit apud auctores ipsos, equites centum quinquaginta, pedites duodeviginti desiderati. Nec sane necesse semper est amplio rem peditem numerum cadere, cum interim, vt hic, vbi equesiri praetio Darius optabat discernere in pr. huius cap. equites soli, aut praecipue saltem depugnent, quod itidem in pugna ad Granicum euenit, vbi simili ratione plus equitum quam peditem occubuit. Idem Glareanus, hac quam dixi ratione ductus etiam supra 3, 9, 12. inuertenda putauit verba, *Triginta & duo*, vt legeretur; *Duo & triginta*.

TANTVLO IMPENDIO) Illis tamen qui ceciderunt, iactura sat magna fuit, qui victoria fui non potuerunt. Vt Fabius Maximus filium consulem dicentem paucorum iactura collem posse occupari, interrogauit, an ipse vellet esse de illis paucis. Raderus. Memorabilis in eam sententiam est Scipionis vox, *Malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere*, quam idem talem repetiuisse Antoninum Pium Imp. scribit Iul. Capitolinus cap. 9. quod aduertere velim eos, qui pro ludo & ioco ducunt, homines, & quidem, vt appellantur, Christianos, suarum cupiditatum affectuumue caussa periculo & casibus obiectare.

Haec igitur est illa nobilis ad Isum victoria, de cuius tempore hic disquirat Raderus, quod nondum videram, cum supra ad verba *oriente luce* 3, 8, 23. scriberem: Illius igitur verba hic referam. Diem, inquit, signauit Aelianus Hist. Var. 2, 25. octauum Idus Febr. qui sextus est Februarii. Sic noster Schottus in *Vitis comparatis* Aristotel. & Demosthenis, ad Olymp. CXI. Anni IV. Arist. LII. Demost. XLIX. sed meo Iudicio Aelianus non loquitur de pugna ad Isum, sed vltima, qua victus est & omnino debellatus Darius, ad Arbela seu Gaugamela. *ἡ ἕκτη ἢ τῆς μηνός τῆς Θεοφιλίας* non est sextus Februarii, sed sextus Aprilis, vt Gyraldus ostendit, quamuis dicant Februarium esse, alii Maium. Accedit ab Arriano 2, 2, 40. exerte proditum mensum non *Θεοφιλίας*, sed *Μαιμακτηριώνος*, quem Suidas Ianuarium interpretatur, & cum illo Vulcanius. Bartholomaeus Facius prior interpres, mensum omnino praetermisit, vel ex codice corrupto, vel nescio, per quam imprudentiam, nam incertae arguere tantum virum non placet, nec verum est. Dies ergo latet. De mense constituamus, quem Arrianus *Μαιμακτηριώνος* appellat, & Suidas Ianuarium interpretatur. Sed pugnam mense Ianuario non commissam ex illo ostendi potest, quod supra 3, 8, 8. dixerat Curtius: *Vique cum iam hyems instaret*. Ianuarius non inchoat hyemem, sed prope finit. Gaza cum Septembri nostro componit. Sed neque Septembrem fuisse coniecio Mæmactærona; nam statim post pugnam Damascus fuit occupata à Parmenione, caelo ad eo frigido, vt baiuli frigus ferre non possent, quod certe in Septembri temperatissimo mense prope nullum est. Sic enim Curtius mox infra 3, 13, 7. *Hi (Gangabæ) cum frigus tolerare non possent, quippe & procalla subito niuem effuderat, & humus rigebat gelu &c.* Senferim cum Harpocrate, Lyfimachide, Vlpiano & aliis, primum hunc mensum ex hybernis fuisse, quoniam quidem Atheniensibus à Iunio annum auspicantibus. qui nostro Octobri, non Septembri responder, quarto à Iunio, non quinto. [Beutherus Faftor. lib. 2. scribit ex Aristotele colligi, Mæmactærona primum Autumni mensum fuisse Atheniensibus, ideo à plerisque Septembri tribui. Epiphanium & Suidam Ianuarium, Iosephum Augustum, Octobrem alii pro Mæmactærona intellexisse, idque postremum forsitan aliquid rationis habere, cum ipsius maior pars in Octobrem aliquando inciderit.] Et hæc quæ narrat Curtius circa adulum iam Octobrem contigisse, vbi iam annus in hyemem vergit. *Μαιμακτηριών* enim à turbido iam & hiberno Ioue, qui *Μαιμακτης* Græcis, hoc est furore correptus & turbidus appellatur, quod hyems, vt ait Lyfimachides, hoc mense & aër turbari incipiat. Vlpianus ad Demosthenis

Athenis Olynthiacas hibernum menssem vocat *μαμακτηριών*, sic enim ille ad hæc Demosthenis: *Μῆν μὲν ἴσ' μαμακτηριών χοιμήριον*, inquit Vlpianus, *ἔτ' ὁ μὲν ἐξ ὧ δέκνουσιν ὅπ, καίτοι χοιμῶν ἔντ' ὧ, πλεὶν ἐψηφισαότι*. Mensis erat *Mamactherion*) hibernus hic mensis est. ex quo ostendit, quamvis hyems esset, nauigandum esse decreuissis. Hieron. Wolfius Septembrem dubius vertit, & negat se hanc inter Grammaticos litem posse componere. Atqui certe September hibernus mensis non est, æstatem proxime secutus, & ex illo calorem adhuc trahens. Intelligamus ergo hic aduultum Octobrem iam in hyemem & Nouembrem inclinantem, immo Nouembrem ipsum, vt meliores auctores sentiunt. Atheniensibus enim ita numerabantur menses à solstitio æstiuo: *ἰκατομβαιών, μεταγεντιών, βοηδρομιών, πυανεσιών, μαμακτηριών, ποσειδιών, γαμηλιών, ἀγχισηριών, ἐλαφβολιών, μηνυχιών, θεργηλιών, σπεροφοριών*; qui hoc ordine respondent mensibus Iulianis: Iulius, Augustus, September, October, Nouember, December, Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Maius, Iunius; vides *Mamactherion* respondere Nouembri, qui certe mensis hiemat. Sed de his plura Christmannus ad Alfraganum. De Anno & Consulibus sequitur. Atque Alexandri quidem regni fuit tertius, & tertius ac vicesimus ætatis, Athenis prætor Nicocrate, Romæ Valerio Cæsone, & Lucio Papirio Coss. Diodo. 17, 29. auctore. Arrianus 2, 2, 40. Nicolstratum vocat, nisi mendum in Codice. Coss. à Latinis eduntur L. Papirius Crassus, & C. Duilius vt Capitolini Fasti, Cicero, Linius 8, 16, 1. Cassiodorus testantur. Chronicon Alexandrinum Crassum nominat & Duilium, haud dubie librarii vitio, pro Duilio. A. V. C. CDXVII. Olympiad. CXL Anno III. vt Fasti Siculi habent. Ad Capitol. est primus annus assignatus. Andreas noster quartum ponit. Ælianum autem omnino falsum putamus, quando nec prima cum Dario ad Issum pugna, nec postrema ad Gaugamela mense Thargelione pugnata est, vt infra copiose ex Alfragano & Christmanno demonstrabo. Hactenus Raderus.

3, 12, 1. *DIV*) Ducenta stadia progressus flexit iter media nocte in castra versus. Diodor. 17, 37. ducenta stadia continent sex milliaria nostratia cum quadrante, ex quo intelligis, quantopere vrsit Darium Alexander, & cur tam sero ad suos rediit, in capto enim Dario belli finem sperabat. At ex Curtio posset doceri, non eousque esse progressum Alexandrum, cum appetente nocte à persequendo Dario destituisse affirmet, nisi tam procul illum insecutus sit, vt sub confinium noctis correxerit iter, & summa demum nocte in castra peruenerit. Raderus. Ceterum hæc & alia similia in quibus aut consentiunt Plutarch. Diodor. Arrian. Iustin. cum Curtio, aut leuiter dissentiunt, ex eorum collatione quilibet harum rerum studiosus facile deprehendet; quapropter in posterum eiusmodi notis haud temere, certe non operose, libri molem aggrauabimus. Ceterum cum Bong. desit erat, quod in plerisque editionibus comparcet post verbum *fatigatus*, facile recepi lectionem Raderi: *Rex diu Dar. pers. fatigatus, posteaquam &c.*

3, 12, 2. *NON PROHIBEBAT*) Videtur defuisse negatiua Codici quo Sabellicus vsus est; ille enim Ennead. 4, 4. *Alex. sub noctem à multa hostium iniectione fessus, in castra se recepit, iussisque principes ad conuiuium vocari, ipse iactatione vulneris interesse non potuit*, nostram tamen lectionem veriolem esse, patet etiam ex Arriano 2, 3, 1. *Postero die Alexander, quamuis eger adhuc à vulnere quod in femore exceperat, satius tamen obiuit &c.* quod si potuit, potuit & interesse conuiuio.

3, 12, 5. *AMICVLVM*) Similis Thysdes error, cum & Pyramum vita priuauit, apud Ouid. Metamor. 4. fab. 4. Verior coniectura Horatiæ fuit, paludamentum quod ipsa sponso neuerat, in manibus fratris cernentis. vide Linius 1, 26, 2. Cion Mamertinus agnito filii sui equo, inuenem è medio sublatum conieclabat. Diodor. 22, 15.

3, 12, 6.

3, 12, 6. *ILLACHRIMASSE*) Idem Plutarchus cap. 35. Diod. 17, 37. Arrianus 2, 3, 3. Nec Alexandri æmulus Cæsar hoc lachrymarum officium in fortuna Pompeii M. prætermisit. *Ut enim, inquit Valer. Max. 5, 1, 10. id (Pompeii caput) aspexit, obliuio hostis, faceri vultum induit, ac Pompeio tum proprias, tum etiam filie sue lacrymas reddidit: caput autem pretiosissimis odoribus cremandum curauit.* Vere M. Tullius pro Lege Manil. c. 9. *Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortune facile multorum operes alluciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut uiuunt in regno, quod regale iis nomen magnum & sanctum esse videatur.* Raderus. A simili humanitate commendat Antigonum Plutarchus in Pyrho cap. 73. *qui ut caput (Pyrihi hostis) aspexit & agnouit &c. ehlamyde oculis admota illacrymauit.* Scipionem Polyb. 10, 18. *qui Indibilis filias &c. oculis suis subiectas inuenens, lacrymas tenere non potuit.* Adaduddaulam Elmacinus 3, 5. *Cum is qui occiderat Arzuddaulam caput eius in disco attulisset ad patruelcm eius Adaduddaulam, auenti cum sudarium suum oculis admonisse, & fleuisse.*

MITHRENEM) De hoc Indicem consule, quo etiam locorum perforationumque descriptionem, ut cuius in promptu statim sunt, referimus.

3, 12, 7. *NE PRODITOR*) Nec mirum hoc metuisse Alexandrum, quando proditores etiam iis quos anteponunt, iniuri sunt, ut Tacitus ait 1, 58, 2. quem ad locum DEO bene iuuante plenius dicturi sumus.

3, 12, 9. *TACITE OPPERIEBANTUR*) Malum tacite opper.

3, 12, 10. *PRODVCCERE*) Bong. Lugd. Amst. *procedere*, quod non displicet. sed & Sebifius ita legendum putabat.

EA IPSA RES &c.) E vulgatis quidam, *Ea res ipsa*. cur mutarunt? finitius ita ad aures meas accidit: ac nempe sic quoque lib. 4. *Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animum intuslit.* Leuchoc, sed neque Curtio, neque me indignum. Aliud monebo non maioris etiam momenti: quancumque est, tu vero tolle comma post *irrupisse*. Veri sensus non nihil interest, qui alius fit atque alius à leuissimo inter puncto. Hic, ut nos volumus, ille oritur: Erant turbatae feminae, quod irrupisse videretur, quia non esset admissus. Alius longe fit retento commate: Pauor illis, quia non admissus, sed irrupisse videbatur. Hic alienus, ille germanus. sic Acidalius. Diodorus 17, 37. simpliciter refert Leonnatum Alexandri mentem reginis aperuisse. Iustinus 11, 9, 13. proxime cum Curtio consentit.

3, 12, 11. *PROVOLVIT AD PEDES*) Hic supplicandi mos pluribus gentibus communis, eius exempla proferunt Lilius 45, 7, 6. de Paulo & Perseo: *summittentemque se ad pedes sustulit.* Apulei lib. 6. non procul à princ. *Psyche pedes eius aduoluta, & uberi fletu rigens deæ vestigia, humumque verrens criminibus suis &c.* Cicero ad Attic. 8, 9. *cui tali in re libenter me ad pedes abiocissim.* Idem Orat. ad Quirites post reditum cap. 5. cum Or. Oppius socer, optimus vir, ad pedes eius stans iaceret. Iterum ad Attic. de eodem, ut opinor, *abiecta toga se ad generi pedes abiicit.* Cæsar de bell. Ciu. 2, 12. de Maililiens. *Uniuersi se ad pedes pronciunt.* Cicero ep. fam. 4, 4. *cum Marcello se ad Cæsaris pedes abiocissim.* Orat. Philip. 2. c. 34. *supplex te ad pedes abiocibas.* pro Milone c. 36. *Ego me plurimis pro te supplicom abioci.* in Orat. ad Pop. & Equ. Rom. *antequam iret in exsilium: Oro atque obsecro, quibus singillatim saepe supplex ad pedes iacui, ut eum, quem singuli stratum atque abiectum subleuastis, nunc uniuersi conseruatum relitis.* Hinc *abiecti* nomen significationem inuenit, pro vili & humili. Nam iste habitus extremam habet submissionem. vnde antiquis etiam Hebraeis in vsu fuit, in faciem procidere, nempe ad pedes eius, cui supplicabant, vel quasi ad pedes, cum Dei pacem exorarent. Adde superioribus Cicero pro Sextio cap. 11. & ad Attic. 1, 11. Tacit. 1, 23, 1. 3, 32, 4. Histor. Miscel. 19, 11. Ouid. Metam. 9, 607. Sueton. Augusto cap. XCIV. f. Ceterum

Ceterum ita procedentes genua eorum, quibus aduoluebantur complecti solebant: cuius moris exempla congeram ad Tacit. 1, 13, 6. cum deprecandi causa palatium introisset, ambulantisque Tiberii genua aduolueretur, prope à militibus interfectum, quia Tib. casu, an manibus eius impediens procerat.

PATRIO MORE SEPELIRE) De sepultura, conditorisque Regum Persicorum, & sollemnitatibus ea causa obseruare solitis, vide Briffonium sine lib. 1. Quae Raderus hic commemorat, mox referam ad 3, 12, 14.

3, 12, 13. **CVM CYRA SEPULTIS MILIT.**) Sic malui. Vide Indicem voce; *Cum*. De re, sic habe, fecisse id Regem, ut edito hoc beneuolentiae in suos specimine, omnium animos ad obeunda discrimina alacriores redderet. vid. Diodor. Sic. 17, 21. Infeliciter cum imitatus Philippus ultimus apud Liuium 31, 34, 1. qui aliquid & ad charitatem suorum, & ut promptius pro eo periculum adirent, ratus profecturum se, si equitum, qui ceciderant in expeditione, sepeliendorum curam habuisset: afferrí eos in castra iussit, ut conficeretur ab omnibus funeris honor. eodem euentu, quem Tiberius sequuturum praetulit, ex sepultura reliquiis Varianae cladis à Germanico praestita, apud Tacit. 1, 62, 3. ut exercitus imagine caesorum tardaretur ad proelia, & formidolosior hostium efficeretur. & certe apud Appian. lib. 1. de bell. Ciu. Rutilii cos. corpore, aliorumque nobilium in urbem ad sepulturam reportato, *Scio decretum fuit, ut posthac defunctorum in bello corpora ibi humarentur, ubicunque cecidissent: ne ob eorum consuetum reliqui segniores ad militiam fierent. id decretum mox cognitum & hostes imitati sunt.* sed ibi alia causa suberant, quae Alexandro non erant metuenda; igitur ante quoque ad Granicum caesos cum armis & reliquo cultu sepeliri iussit, ut scribit Arrian. 1, 5, 26. & ad Arbela Diodor. 17, 64. Antiocho quoque non bene cessit, quod Macedonum qui ad Cynosephalas ceciderant, ossa legi curauit, apud Liu. 36, 8, 3. & Appian. lib. 4. de bell. Ciu. Plura dicemus ad Tacit. 1, 61, 1.

PERSARVM QVOQUE) Idem priori quoque pugna fecerat. Arrian. 1, 5, 29. Persarum etiam duces sepeliit: ad haec mercenarios Graecos, qui hostibus merentes, caesi fuerant. Plura exempla eorum qui hostibus suis sepulturam concesserunt, referemus ad illa Taciti 1, 22, 3. *Ne hostes quidem sepultura inuidem.* Vide interim P. Fabri Semeltr. 3, 23. & Kurchman. in addit. ad tractatum de funer. Rom. c. 5.

PATRIO MORE) Augustin. Tract. 120. super caput 20. Ioannis. *Non mihi videtur Euangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Indis sepelire: ita quippe (nisi fallor) admonuit, in huiusmodi officiis quae mortuos exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum.* Vide Fabrum dicto loco.

3, 12, 14. **PRO HABITV**) Ut ille exul suo libro [Ouidius Trist. 1, 1.]

Infelix habitum temporis huius habe.

Raderus. Cui similes sunt etiam ceterorum librorum praefationes, ut quarti:

Excusata suo tempore lector habe.

Exul eram. - - & quinti

Hic quoque talis erit, qualis fortuna poeta.

Ceterum haud frustra id inculcat Curtius, sed ad laudem prudentiae simul, modestiaeque illius Reginae; quae mox quoque 3, 12, 25. dicit: *Et praeterite fortunae fastidium capio, & praesentis iugum pati possum.* Similis moderatio grauissimae itidem matronae apud Liu. 26, 49, 9. *quid enim huic fortunae non satis est?*

QVO PERSAE) De Persarum apparatu in funeribus vide Briffonium lib. 2. in fine. hoc enim malim quam Raderum, quando

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.

De loco Iustin. 19, 1, 10. Legati à Dario Persarum rege Carthaginem venerunt; afferentes caelicum, quo Pani humanas hostias immolare, & canina rescì prohibebantur; mortuorumque

rumque corpora cremare potius, quam terra obruere à rege iubebantur. de hoc inquam loco, quod Raderus ait traiectione fanari locum posse, mortuorumque corpora terra obruere, quam cremare; id iam olim Kirchmanno de funer. Rom. 1, 2. placuit. Tu autem vide an verosimilius eadem sententia restitui possit, detracto glossemate inepto (id enim esse puto tria postrema verba à rege iubebantur, adiecta ab imperito quodam, qui putabat aliquid deesse plenæ orationi; qualia certe quam multa in his scriptoribus perpetrata fuisse omnes sentiunt) ut legatur: *hostias immolare, & canina vesca prohibebantur, mortuorumque corpora cremare potius quam terra obruere.*

CRÉMARENTVR) Nam etiam Græcis in usu fuerat combustio. Kirchmannum adi 1, L.

3, 12, 15. **IVSTIS & SOLVITIS**) Bong. i. pro *ivstis* habet *bustis*. Merula editio voci *solutis* alteram adglutinat *exsequiis*, cum iam tum, ut vereor, aliena vox *solutis*, in textum irrepserit, tamquam umbra vitiosæ *ivstis*. Nisi fallor, Curtius scripsit: *Lamque vltis defunctorum corporibus, præmiis &c.* Si tamen quis nimium pro vulgari lectione nitatur, non magnopere repugnem, præsertim cum ita loqui videam Curtium infra 4, 12, 2.

PRÆMITTIT AD CAPTIVAS) Hoc illud est opus Alexandri *πρωτογεννητος*, omnibus aliis factis illius tanto longius anteponendum, quanto illustrior est omnibus victoriis victoria sui ipsius. Alias enim alios vicit inuictus semper Alexander: hic ipse, seipso fortior, seipsum vicit. Iubere in mactæ virtute esse [ex Liū. 2, 12, 8.] si ista virtus pro nomine Christiano stetisset, & ut Gregorius ille Pontifex Opt. Max. (etsi hodie alii alia de hoc) [Vide Baronii Annales ad ann. Christi 604. qui operose hoc refutat] pro Traiano Opt. Max. Imperatore numen precatus dicitur, ut post tot sæcula pace donaretur, ita ego pro Alexandro vouerem, nisi impietatis crimen hac pietate vereretur admittere. Hoc enim ego solum & vnum & opere maximo vnice demior & adoro, solumque dignum arduor, ob quod Graii omnes omnesque gentes ora obuertant sua, & Orpheus cum Apolline Musique omnibus desudet. Tertium & vigesimum agebat annum, in flore & ardore virentis aui: formidabat neminem, ab omnibus formidatus, aut amatus. licebat illi quicquid libebat, in potestate habebat reginas Asiæ totius, & totius Orientis dominas, tanta oris venustate, omnes uti Nympharum omnium formas extinguere, & his comparata Helena turpis, turpis ipsa Venus, ipso Paride iudice videri potuerint, ab his oculorum illecebris non modo oculos, & vim à corporibus abstinuit; sed nec verbum fieri patiebatur, cum ipse illas oculorum tormenta appellasset. [apud Plut. cap. 36.] Quid Iobi, Antonii, Hilariones, Macarii, totaque Ægypti deserta, silentia, & solitudines aliud fecissent? Seruauit castas, intactas, sanctas, vsque dum diem fungeretur. Virginem in partem tori adsciuit, legitimam uxorem maritus; alteram alteri Alexandro, Hephæstioni despondit. An apud Dariū tam religiose sancteque fuissent eductæ? Plutarchum in contemplatione huius virtutis & continentie Alexandri attonitum lege. Philippus pater Alexandri apud Lucianum in Dialog. Mortuor. vers. 13. hoc vnum ex omnibus filii factis commendat: *Vnum est quod solum laudo abs te gestum, quod à Darii uxore forma præstante abstinueris, & genitricis illius atque filiarum curam susceperis.* Regie enim *lame fecisti*. Et Diodor. 17, 38. cum Alexandri clementiam & pietatem in Sisyngambim (sic enim apud hunc scriptum) [ed. tamen Laur. Rhodmani Cherusei Sisygambim] matrem, uxorem, & liberos exposuisset, & lacrymas præ gaudio reginis expressas memorasset, addit hoc epiphonema: *Ego quidem ex omnibus rebus, quas maximas & pulcherrimas gessit Alexander, nullam hac magis æstimandam, & historie monumentis digniorem iudico.* *Expugnata enim vrbes, conflicti, & alia que illi prospera euenerunt, fortuna potius*

potius quam virtuti eius imputanda videntur. Quod autem in tam potenti fortuna & licentia misericordiam miseris impartitus sit, solius prudentiæ eius munus fuit. Alexander igitur qui seculis non paucis ante nos vixit, iustissimam & meritiſſimam à posteritate commendationem consequatur. Hæc Diodorus. Quin ergo mirari desinimus mortem Alexandri à Sisygambe familiariter latam, quam ipsius Darii, cum Alexandro superesse recusavit, mortuo Dario vivere non dubitavit. A. Gellius 6, 8. *Victi hostis uxorem facie in elytra, vetuit in conspectum deduci, ut eam ne oculis quidem suis coningeret.* quæ ex Appione sunt. Est ibidem elegans comparatio Alexandri cum Scipione Africano, quem Valerius Antias negavit (ex Nævio) fuisse castum, & contraria aliis de eodem scripsit. Sed Lector adeat Agellii caput elegans, totum in hæc consumptum. Raderus. Cuius verba, quamquam prolixiora essent, quia inerant quædam elegantissime dicta, adscribere non dubitavi. Ut & hoc Erasmi ex panegyri ad Philippum: *Si (gloria) nihil aliud est, quam approbatio recte factorum cum admiratione, dispeream, si non Alexandri Magni in Darii regis uxorem & filias, integritas comitasque vel omnibus illius victoriis plausibilior est.* Adde Sabellicum exemplorum 4, 10. Nec omittendum tamen, hæc narrationem, quippe Prolemao & Aristobulo prætermittam, fama tamen retentam, in dubium vocasse limatissimi Iudicii scriptorem Arrianum 2, 3, 5.

HEPHÆSTIONE) Quæ ad hunc pertinent, in Indice nostro ordine suo digesta reperies.

3, 12, 16. LIBERTATIS) Si nihil aliud esset in Curtio, quo prudentiæ politicae doctrina censeretur, vel hoc unum sufficeret, quo certe nihil aut moneri utilius, aut proponi suavius, aut concipi elegantius potest. atque utinam ii, qui eo loco sunt, ut hæc ad se pertinere putare possint, serio hic aduertant animum, ut imitentur sapientissimum hominem, qui neque ut plerique, vitiorum similitudine, aut affectibus principis adrepens (quorum omnium foedus semper fuit, erit, exitus) summum amicitiae gradum tenuit; neque, ut Callisthenes, importune liber, sibi periculum creavit, aliis non profuit: sed ita libertatem monendi temperavit obsequio, & quod rerum omnium primum est, in tempore adhibuit, ut primas obtinuisse videatur inter rarissima exempla eorum, qui ex regia amicitia non speciem tantum, sed vim usque tenere, & ad extremum potentia gratiaque peruenire: quod ne Mæcenati quidem contigit. Nisi forte hunc Hephæstionem matura mors verenti subtraxit fortunæ. Quicquid id est, certe laudatissimus iste modus, & integerrimus, gratia potentium utendi. Quantum dissimilis ille Thalassii apud Marcellinum 14, 4. qui considerans imitationem eius (Galli Cæsaris) ad multorum augeri discrimina, non maturitate vel consiliis mitigabat, ut aliquos celsæ potestatis iras Principum molliuerunt: sed aduersando, iurgandoque cum parum congrueret, ad rabiem subtrabat: (sic distingo) Augustum actus eius, exaggerando creberrimo, docens, idque, incertum qua mente, ne lateret affectans. Sed quid sequitur? Quibus max Cæsar acris esseratus, velut contumaciæ quoddam vexillum altius erigens, sine respectu salutis alienæ vel suæ, ad horrenda supplicia instar rapidi fluminis irrevocabili impetu ferebatur. At quanto melius erat obsequio grassari, ut Horatia na phrasi utar, imitarique Annum Bassum Tacit. H. 3, 50, 4. qui proconsulem suum specie obsequii regebat? Aut Lepidum qui sub Tiberio pleraque ab sacris adulationibus aliorum in melius deflexit: neque tamen temperamenti egebat, cum æquabili auctoritate & gratia apud Tiberium viguerit. Tacit. 4, 20, 3. De se quoque non dissimile quid dicere videtur Val. Maxim. 4, 7. f. Talis fuit & Aristonicus Prolemaei Regis Eunuchus, de quo Polyb. apud Vales. pag. 115.

CORPORIS HABITU) Idem alii tradunt, ut Arrianus 2, 3, 5. & certe infra 6, 5, 29. habitus eius haudquaquam rerum fame par traditur. ut mirer quid in mentem

mentem fuerit Solino cap. 14. scribenti fuisse forma supra hominem augustiore. nisi forte conciliemus, non defuisse Alexandro formæ dignitatem: Hephæstionem tamen aliquanto præstitisse. Sed & reliquis Alexandri amicis idem Iustinus 13, 1, 11. tribuit. Eius virtutis erant ac venerationis, ut singulos reges putares (diceres huc allusum) quippe ea forma pulchritudo, & proceritas corporis, & virium ac sapientiæ magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignorares, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos esse iudicaret. Vide plura infra 6, 5, 29.

3, 12, 17. *VENERATÆ*) Dio Chrysostomus Orat. 64. de Fortuna, non inficte: *Δαρείς ἢ ἡ μήτηρ καὶ Ἀλέξανδρον προσκύνουσι, καὶ τὸ ἀπυρότερον, Ἡφαιστίωνας: Δαρίης mater Alexandrum adorantis, & quod fœdus, Hephæstionem.* Loccenius.

EX SPADONIBUS) Cum enim Reginas apparatus pristinae fortunæ fore spondisset, reliquit iis spadones, qui inseruirent, quorum & supra num. 5. hoc capite mentio, & infra 4, 10, 35. *Espadonibus qui circa reginam erant, ubi vide. quæ verba adscribo ad firmandam emendationem Arriani 2, 3, 5. καὶ πρὸς αὐτῶν ὡρτῶν, ἢ Ἀλέξανδρον δέξασθαι: quidam eorum qui circa eum erant, Alexandriam monstrans: legendum est enim, πρὸς αὐτῶν ὡρτῶν, ut referatur ea vocula ad præcedentia τῶν ὑποκείμενων Δαρείων. quod tamen ex solo Arriano facile quis conjiciat, considerato expresse eum dicere, cum solo Hephæstione intrasse regem; ne quis Patricio Senensi de Regno 8, 12. credat, præisse regem (ut moris est, puto in Italia) nonnullos ex familiaribus, inter quos erat Hephæstion. sed licet his politicis ad suum sensum caprumque detorquere historias, scriptores earum antiqui velint, nolint. Idem eximiam Alexandri vocem misere enervavit, referens dixisse, sibi iucundissimum esse, quod amici sui pro Regibus salutarerentur.*

3, 12, 18. *HAC CONTINENTIA*) Quam vnicè necessariam esse iis, qui aliquid præclarum in vita siue domi, siue militiæ efficere volunt, ostendit aliquot exemplis P. Vistorius 7, 8. quamquam ibi de voluptatibus tantum sermo sit; Curtio hic præcipuus de superbia & ira. Vide & Gruter. ad Tacit. discursu 5.

3, 12, 19. *VICISSET PROPECTO*) Abolui particulam *si* ab indocto quopiam inculcatam fulciendo, ut putabat, sensui, quæ postea Acidalium & Raderum frustra torfit. Ast ego cum olim sic vidissem legendum, adeoque ante hoc noventium, Sôcero nunc meo correctionem eam probassem; confirmor omnino ut ita edi iubeam, postquam citato paulo ante discursu Gruterum Virum suo iure doctissimum, hunc locum ita recitare comperio. Notavi dudum ad Florum 2, 14, 4. & alibi, infesta fuisse scriptoribus hæc ab ineptorum lectorum contagione inolita carcinomata: iisque locis nonnulla eiusmodi ex variis auctoribus eradicaui, quibus nunc adjicio sequentia. nec enim in huius generis scriptiunculis id inusitatum est, & ad confirmandam emendationem Curtii vitio momentum habet. In Liu. 23, 14, 2. ad ultimum prope desperare Reip. auxilium, quem honesta viribus cedunt, descendit equo. expungo postremam vocem, quia de equo ascenso præcesserat, ineptissime, summoque optimæ locutionis incommode adglutinatum. Hæc ipsa particula *si*, gemino plane vitio inserta est Sallustio Jug. 14, 20. *Vinam emari fortunæ meæ honestus exitus esset: ne videre contemptus viderer, si defessus malis iniuria concessissem, tolle illud si, & habebis quod Sallustius scripsit. Non omitto locum Plinii 14, 5. in quo similis verborum constructio plenissimam emendationi meæ fidem, si adhuc opus sit, faciet. quod Androcydes (forte leg. Andocides, quod nomen vni ex decem Athen. oratoribus) sapientiæ clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, inemperantiam eius cohibens: Vinum potaturus, res, memento te bibere sanguinem terræ: sicut cicutâ homini venenum est, sic cicutâ vinum.* Qui-

Quibus præceptis (hæc aduerte) si ille obtemperauisset, profecto amicos in temulentia non interemisset. Certe illud profecto omnino respuit particulam *si*. Addamne in editione Aldina hoc *si* tamquam fatale corrumpeudo huic loco tertium etiam intrusum esse, supra; *si hac continentia animi, si ad vltimum vita &c.* Eandem particulam expungemus itidem infra 6, 3, 9.

3, 12, 20. *PRVDENTER*) Acidalius malit *prudenter*, haud dubie si ita fuisset, alterum repositurus.

3, 12, 21. *ITA SE GESSIT*) Plenissimum testimonium ei reddidit, nec minus reliqui historiae huius scriptores, & præter hos Marcellin. 24, 16. Stobæus ferm. 5. qui est de Temperantia. Athenæus, 13, 8. Agell. 6, 8.

ANTE EPM) Nec tamen sua laude priuandus Cyrus, qui Pantheam pulcherrimam mulierem, marito seruauit. vide suauissimum Xenoph. *anab.* lib. 5. Item alii, de quibus in Orat. de Coniugio Melanchth. Tomo IV. Orat. pag. 483. Ceterum simile aliud exemplum de Alexandro legitur apud vnum, quod sciam, Frontinum 2, 11, 6. Ea autem imitati postea sunt plures, ex quibus insignis maxime Scipio memoratur Polybio 10, 18. & ex eo Lini 26, 49. & 50. dein Marcellino 24, 16. Auctori de Viris Illustr. c. 49. Floro 2, 6, 40. Val. Max. 4, 3, 1. Frontino 2, 11, 5. Agell. 6, 8. Plutarcho Apophth. Rom. c. 7. Silio 15, 268. Quamquam non desint, qui contra tot testes continentiam Scipionis in dubium vocent. vide Camerar. subcisiu. 1, 48. Alexandrum & Scipionem imitatus est Iulianus, auctore Marcellino 24, 16. Similia de Belisario referunt Procop. princ. lib. 3. & de Francisco Sforza, nec non Luchino Vualdo Fulgos. 4, 3. de Mahamete Marochense Thuanus lib. VII.

VIRGINES ENIM REGIAS) Vulgo *virgines & reginas*. Primus Rutgerius emendandum vidit *regias*, eoque coniunctione expulsa scripsit; *virgines regias*, optime. vulgatum tamen Loccenius tenuit & explicat *reginas* Darii matrem & coniugem. Omnino Rutgerii correctio proba est. tantum hoc adieci, vt & in *enim* mutarem. Ita forte scriptum fuit; *virgines e. regias* ex quo imperitus aliquis & fecit, inde alius, vt cohaereret oratio, alterum etiam vocabulum *regias*, inserto non corruptit. Ceterum sensus præcedentium ita legi postulat. exponitur enim quomodo omnes Reges continentia vicerit Alexander. Itaque nullæ hic matris Darii partes sunt, vt eius causa vox *reginas* seruari debeat: si enim id voluisset auctor, non separatim coniugem Darii nominasset, postquam exposuit de filiabus. deinde *excellenti forma*, quod ad matrem Darii vix referas, quam *anum* supra vocauit; & *quam si eodem parente genita forent*, omnia pro hac sententia faciunt. Quibus rationibus addo & Bongarsii auctoritatem, qui in suo codice sic notauerat, vt excerpta Schoppiana fidem faciunt; malim *Virgines Regias*, aut *Regis filias*, aut *Darij filias*, forte propter illius Darij, quod statim sequitur; *Coniugem eiusdem*, quod *eiusdem* certe desiderat quo referatur. Sed accidit sapissime, nec desunt exempla, vt scriptorum mentem præcurrat manus, & dum se quod in animo habuerant, posuisse credunt, subjiciant reliqua quæ ab iis quæ mente conceperant potius, quam quæ chartæ illeuerunt, pendunt. Similimum huic mendum est in Ambrosii verbis de S. Agnete apud Baron. Annal. Eccles. CCCXXIV, 107. *Erat enim ipsa Constantia Regina virgo prudentissima, sed ita obijisse vulneribus, quæ sic etiam transtulit Leucht von den Heiligen* ad XX. Ian. quum esset scribendum: *Regia virgo & vlcibus*.

3, 12, 24. *ÆQVITATE*) Darius Macedonas crudeliter vel mactauit, vel mutilauit, supra 3, 8, 15. & hoc ante prælium Alexander totum ipsius gynæceum sacrosanctum seruauit. Darius percussorem mille talentis in Alexandrum immittere conabatur, cum æger Tarsi decumberet, supra 3, 5, 15. hoc nunquam fecit Alexander, qui

qui aperta semper virtute & Marte grassabatur ad gloriam. præterea vt ex epistola Alexandri ad Darium infra 4, 1, 12. discas, parens Alexandri Persarum impulsu, vt ipsi gloriabantur, interfectus est: Græci sollicitati vt Alexandro bellum inferrent, socios ab Alexandro abalienarent. æquior ergo Alexander Dario. Inulit Dario bellum Alexander: sed maiores etiam suos & vniuersam Græciam à priore Dario & Xerxe populatam vltum iuit. Repelli ergo à se bellum, non inferri dixit. Raderus.

3, 12, 26. *DARII FILIUM*) Ochum sexennem, vt auctores tradunt, solus Galterus septennem facit:

Septennem puerum in natum sibi misit adoptat.

Diodor. 17, 38. signate sexennem affirmat. Raderus. supra etiam noster 3, 11, 24. *filium nondum sextum ætatis annum egressum.*

3, 12, 27. *TRIBVS ARIS*) Errare videntur, qui negant Macedonas trophæa posuisse. dubito quidem eos Pausaniæ auctoritate niti, qui libro 9. exserte id scribit, etiam addito hunc Alexandrum neque de Dario, neque de Indicis victoriis trophæum vllum erigendum curasse. sed quid si & hunc erroris arguam? id certe malim quam Arrianum 1, 5, 30. quam Plutarchum in vita cap. 26. qui etiam ipsam inscriptionem, & quidem totidem vtique verbis referunt, in parua tantum circumstantia variantes. Idque sequutos fuisse alios ex Macedonibus reges exemplo est Antiochus, qui trophæum erexit, vbi Indatem Parthorum ducem profligauerat, vt apud Ioseph. 13, 16. auctor est Nicolaus Damascenus. Quin & ex Himerio non leue argumentum capio, ipsum etiam Alexandrum erexisse trophæa. sic enim ille in excerptis apud Photium Cod. CCXLIII. *Cur ergo non tollo trophæa? (Alexandri nimirum, & Demosthenes ibi loqui fingitur) cur columnas non euerto? cur inscriptiones non expungo?* Et certe hæc ipsæ aræ quid aliud sunt, quam superbissima trophæa? vt ita ratio quoque Pausaniæ subuertatur, ob quam Macedonibus erecta trophæa neget, ne videlicet perpetua hæc victoriæ exprobratione, hostibus locum secum in gratiam redeundi præciterent: certe enim aræ illæ diutius perstiterunt, quam vlla alterius generis trophæa. Nam & Ciceronis ætate fuerunt post annos fere trecentos. ipse meminit epist. fam. 15, 4. *castra in radicibus Aman habuimus, apud Aras Alexandri.* Quid autem, quod vrbes adeo condidit in victoriarum suarum monumenta? non ea sunt quibusuis trophæis durabiliora & superbiora documenta? vide infra ad 9, 3, 23. Nam & hac victoria positus, de nomine suo condidit urbem, cuius meminit Plin. 5, 27. & Stephanus in *Αλεξάνδρεια*. quam Herodian. 3, 12. adhuc suo æuo testatur extitisse. Item Alexandria Mygdoniæ similem originis occasionem habuisse videtur, condita in Arbelitide, vbi Darium Alexander debellauit, vt colligo ex Plinio 6, 13.

MINERVÆ QVE) Vide supra 3, 7, 3. & Indicem qui hæc talia plenius dabit, volente DEO.

DAMASCVM) Hæc Regalis quondam ciuitas fuit, & in omnia Syriæ tenuit principatum. quam Iulianus Imp. in epist. veram Iouis urbem, & Orientis totius oculum vocat. Iidorus à Damasco dispensatore nuncupatam refert, quem Abraham futurum sibi heredem dixerat, antequam Isaac illi promissus esset. Nobilissimam hanc Syriæ urbem Tamerlanes Scytharum præpotens rex diripuit atque incendit. Popma. Damascus caput Syriæ siue Coelesyriæ, nam in vtraque ponitur, & oraculum Orientis, vt Iulianus appellat, nobilissima ciuitas fuit, vt his verbis laudat in Coelesyria Strabo lib. 16. *Est & Damascus vrbs insignis, & fere nobilissima omnium, que in ea regione, Persia vicina.* Stephanus autem: *Damascus Syriæ vrbs in continente mediterranea, supra Phonicem ad Bardinon flumini, dicta quod ex gigantibus vnus Ascus nomine Lycargo auctore vinclum Bacchum in flumini sparserit.* Alii à Damasco Mercurii dicuntur

dictam aiunt, qui cum Alimede nympha ex Arcadia in Syriam venit, urbemque sibi cognominem condidit. Iri & gerræ: res ita habet. Damascus urbium antiquissima, vel ab Hulo Semi nepote, vel quod magis crediderim, à Damasce verna Abrahami condita, vt sentit D. Hieronymus, vbi Genes. cap. 15. interpretatur, quamuis idem non pugnet Iosepho. [Certe in quaest. ad Gen. Huz Damasci conditor Hieronymo, vt Iosepho scribitur] Cum Hieronymo facit Comestor, [Münsterus Cosmogr. 5, 58.] Tostatus, Pererius, qui tamen non pronunciat vtra sententia sit firmior, Iosephi Antiquit. 1, 7. an aliorum. Vetusissimam certe affirmant omnes, & montibus vndique cinctam, & munitam, vt neque rhedis, neque vehiculis locus sit: iumentis, camelis, mulis victus importatur, vt non immerito, quod Curtius affirmat, Parmenio sine ducibus viarum se copiasque itineri committere formidavit. Chrysoroas ex Libano ortus mediam interfuit. Illic vestigia ostenduntur, vbi Abelem à Caino pessimo exemplo per nefarium parricidium casum aiunt D. Hieron. ad Ezech. cap. 27. Münster. Altisthod. in Chron. Nec procul inde S. Paulus adhuc lupus & Saulus à Christo tantum non fulminatus, quod Christianos insectaretur, in agnum & Christianum est mutatus [eo loci Christianos, qui adhuc Damasci agunt, humari Münster. Cosmogr. scribit. Vide & Willerm. Tyreas. 13, 18.] Ibidem ædificatum ex pulvere referunt Adamum. Arx hodie ex porphyretico lapide eleganti opere visi dicitur. [constructa à Florentino quodam vt Münster. Cosmogr. 5, 58. tradit.] Plura super hac urbe Bellonius. Chorographiam eiusdem spectabis apud Abrahamum Ortelium, Vol. altero Urbium Orbis terrarum. Raderus.

3, 13, 1. NATIONE MARDVS) Mardus gentile nomen est, non proprium. *οι Μάρδοι*, inquit Stephanus, *ἱεροὶ ὄρκαυον* ex Apollodori secundo de terra, prædones & sagittarii sunt. Strabo quoque lib. II. ex Nearcho Mardos vnam ex quatuor gentibus prædando viuere consuetis esse finitimos Persis. Sed hos infra Curtius 5, 6, 17. & 6, 5, 11. & Arrian. 3, 5, 8. copiose describunt. Gentem hanc ante Alexandrum nemo adortus vicerat. Nonnulli codices habent nomine *Mardus*, non *natione*. Sed antiquissimus liber, *natione* melius, quam scripturam etiam Modius sequitur. Raderus. Cui cum ad stipularentur Bong. & Merula, facile assensus sum: duplici insuper ratione ductus. nam & indignum Curtio videbatur, omisso Satrapæ nomine, nunciū nomen expromere; & reminiscerbar alibi quoque similia peccari. sicut infra 10, 4, 17. est *Thessalus Medicus*, quasi nomine Thessalus, professione medicus fuisset, cum scribendum sit Thessalus Medius, id est quidam oriundus ex Thessalia, nomine Medius, vt suo loco docebimus. Grauis & multiplex est error interpretum in his Arriani Indic. cap. 3. vbi Duces Alexandri recenset: *Πρατορα Αναλυσ Ανδρωμενις F. Symphæus & Πευκεστιας Alexandri Μιοζις, Python Cræτα, Αλομενευς & Leonναυς Αντιπαιρι: Αγαυς & Πανταυχις Νικολαι: Αλαριτες & Μυλλεας Ζοιλι Βεροενσις*: hi omnes Macedones. Ex Græcia vero *Medius Oxynthemidis, Darisæus &c. & mox Νιχολες Πασικρατις F. Solius & Νιθανον Πρυταγορα*. In his, inquam haud minus sexties septiesve peccatum est. Nam illa, *Symphæus, Μιοζις, Αλομενευς, Αγαυς, Αλαριτες, Solius*, pro virorum propriis nominibus falso habuerunt, distinguendum & legendum ipso in textu sic fuerat: *Ἐπει ἡ Ἀτταλόστι ὁ Ἀνδραμεινις, Στυμφαῶν & Πουκεστιας Ἀλεξάνδρου, Μιζοῦ & Πείδου Κρατῆ, Ἀλομενευς & Λιοννάτ & Ἀντιπαίτρις, Ἀγού & Πανταύχ & Νικολάου, Ἀλαριτῆς & Μυλλῆας Ζοίλου Βεροικῶν, ἵπτι μιν οἱ ἔσωσαντες Μακεδόνες. Ἐκείνων ἡ Μήδι & μὲν Ὀξοθήμιδ & (quo nomine quidam assentator Demetrii legitur in Athenæi 6, 14.) Λαρισσῶν & mox Νικολῆς Πασικράτη & Σόλι & Νιθανῶν Πρυταγόρου. quæ sic reddenda fuerunt: *Πρατορα Ασταλυσ Ανδρωμενις F. Symphæus & Πευκεστιας Alexandri, Μιζεαυς & Python Cræτα.**

Alome-

Alcomenus: & *Leomatus Antipatri*, *Ageus*: & *Pantachus Nicolai*, *Alorites*: & *Mylleas Zoili*, *Berrhaensis*: hi quidem omnes Macedones. Ex Graecis autem *Medius Oxythemidis* & *Larissaeus*. & mox: *Nicoles Pasferatis*, *Solius*: & *Nihadon Pnytagora*. Omnibus enim illis patris primo nomen subiecit; deinde & patriae. recte ergo sic emendavi. *Stymphaeus* esset ab oppido *Stympha*, quod quidem nusquam reperio, nec mirum. id enim haud dubie pluribus potentioribusque accidit, ut ignorentur: est tamen haud levis coniectura fuisse in eo tractu quem *Arrian*. describit 1, 3, 5. *Heordaxam* itaque & *Elymionin*, rursusque *Stymphaeas* & *Parjreas* cum exercitu praetergressus. ubi videndum an rectius *Parthyreas* legatur. & certe circum ea loca *Stympha* mons collocatur à *Strabone* lib. 7. & à *Ptolemaeo* regio *Stymphalia*, quae *Stymphalis* est *Linio* 45, 30, 6. *Miezeus* autem est ab vrbe *Mieza*, *Stephano* *Mieza*, unde τὸ Ἰθρῶν, *Miezois*, καὶ *Miezois*. meminit eius & *Plinius* 4, 10, 5. & 31, 2. nam *Ptolemaeo* est *Mieza*. *Plutarch*. *Alex*. cap. 11. narrat, regem illum praepetori suo *Aristoteli* eam apud urbem scholam destinavisse. *Alcomenus* ab vrbe *Ἀλκομηνῶν*, quo nomine fuit in *Ithaca* insula vrbs; fuit & in *Illyriis*, quae fortassis *Pithonis* patria fuerit, *Illyriis* iam *Macedoniae* contributis: potest tamen ut in ipsa quoque *Macedonia* vrbs eo nomine fuerit. *Ageus* ab *Ἀγῶν* quae vrbs fuit *Macedoniae*, teste *Stephano*. *Alorites* ab vrbe *Ἀλωγῶν*, quae itidem in *Macedonia*; unde *Ptolemaeus* *Alorites*, qui fratrem *Alexandrum* *Macedoniae* regem interfecit, apud *Diodor.* 15, 71. cognomentum habuit, & *Κρωπίας Ἀλωγίτης* apud *Polyb.* 5, 65. *Solius* à *Σόλοι* *Cypri* oppido apud *Ptolemaum*. Medium quod attinet, dicemus infra 10, 4, 17. Simile vitium est in versione *Thucydidis* 8, 6, 30. ubi *Τυδεὺς τὸ Ἴων* redditur *Tydeo Ione*, quasi natio eius indigicaretur, quod superuacuum erat, cum omnes *Chii*, ex quibus ille, essent *Iones*. sed vertendum, *Tydeo Ionis filio*. Siue eius *Ionis* cuius *Suidas* in *Ἰωνῶν* meminit, ubi etiam *atticissimi* eius specimen; siue alterius cuiusdam cognominis.

3, 13, 2. *ADIECIT*) Non ausus sum tollere hanc glossam, (pro ea enim dudum habui, & iam *Modium Raderumque* habuisse disco) quia omnibus libris hactenus dicitur.

3, 13, 3. *LITERAS APERIT*) Quamquam ad Regem scriptas: quia tamen à praefecto *Damaeci* missae erant, cuius recipiendae cura ipsi commendata fuerat, nec res moram patiebatur (aliter enim aut munire diligentius urbem eam poterant *Perse*, aut gazam auferre) merito literas aperuit, ut quid sibi agendum esset, inde cognoscere posset.

CUM MANU EXIGVA) Non opus futurum amplioribus copiis; ita sua opera protuisum esse, ne quis aunderet defensionem.

3, 13, 4. *IGNOTVM ITER*) Hic enim fere non impunita abit temeritas. Vide *Lipsii Polit.* 5, 16, 30. Superiori saeculo primos in *Gallia* *Reformatorum* conatus in irritum cecidisse *Dinothus* in *Hist. sua Gallica*, magno iudicio, & eleganti stylo perscripta, annotauit: quia nullis exploratoribus, quod aduersarios in tanta temporis exiguitate copias coegisse non putarent, incauti in laqueos inciderunt. Vide quae notavi ad ista *Flori* 1, 13, 14. apertam Urbem trepidi, ne quis subisset dolus &c. inuadum, quibus adde *Robertum Monachum Hist. Hierosolym.* lib. 8. de vrbe *Caphalia* deserta ab suis: Cumque nostri tentoria circa eam vellet ponere, & in gyrum obsidere, mirati sunt, quod de tanta ciuitate non aliquis obuiam veniebat; nec in excessu iuribus aut motum propugnaculis apparebat; atque silentium intus habebatur, nec ullius vocis sonus audiebatur. Tunc miserunt exploratores, qui rem diligenter inquirerent, & inquisitam renunciarent. Illi autem profecti, cum portae propius accessissent, ianuam quidem apertam inuenerunt, sed intus neminem esse viderunt. Tunc fensa vultibus praepoentes, cum aliqua

adhuc cōtatione portas subeunt &c. & similia referuntur in occupatione Damiatæ, quæ accidit anno Domini 1219. Sed & apud Curtium 9, 1, 27. in vrbe Sophitis dubitabant Macedones deseruisse urbem incolæ, an fraude se occultarent.

FELICITATI REGIS SUI CONFISVS) Iungit his quæ obseruauimus supra ad 3, 2, 1. pluribus curam, omnibus absuisse fortunam. vbi diximus putari, ministrorum fortunam pendere ex fortuna dominorum, nec immerito quidem: cum enim omnia horum gesta ad damnum commodumue Principis pertineant, nemo felix possit esse Princeps, qui infelices ministros habeat. Itaque Parmenio sui regis felicitati confisus est, hic quidem prospero exitu: at contra Zopyrion apud Iustin. 12, 2, 16. cum omnibus copiis cæsus est. nec id tamen, vt in tanto omnium successu, modica clades, ad summam rerum, felicitati Alexandri nocuit.

3, 13, 6. QVO MAIOR PRODITORIS MERCES FORET) Reputabat enim quod Abclox apud Liu. 22, 22, 8. qui transfugam sine magne rei prodicione venientem ad hostes, nihil aliud quam vnum vile atque infame corpus esse ratus, id agebat, vt quam maximum emolumentum nouis sociis esset. & apud Cæsarem de bel. Ciu. 3, 60. Roscillus & Agus, qui Cæsare deserto, conati sunt præfectum equitum C. Volusenum interficere, vt cum manere aliquo perfugisse ad Pompeium viderentur. atque id appellat Lilius 22, 2, 8. cum mercede magna fallere. Sic apud Appian. lib. 1. de bel. Ciuil. Albinouanus ad Syllam transiturus, nobiles quosdam interficit.

GRATIOREM OMNI PEC. PRÆDAM) Merito. nam & si pecuniæ cupido fuisset, magno pretio captiuos illos suis potuissent reddere: & si maior utilitas optaretur, per hæc nobilissimorum potentissimorumque hominum pignora, eorum fides sollicitari, certe audacia virtusque frangi poterat, metuentium ne in suos vindicaretur, si quid hostibus damni intulissent. Ea mens, in simili fere prodicione, ludimagistro Faliscorum fuit; cum diceret: Felicias se in manus Romanis tradidisse: quando eos pueros, quorum paruos captiuos ibi rerum sint, in potestatem dederit. Liu. 5, 27, 4. Infinita ad hanc rem dici posse quis nescit, qui considerat cuius rei causa obfides imperari soleant? Igitur hæc missa faciamus. sed sequentia me offendunt: nobiles viros, at quinam illi? certe infra cum captiuorum illorum nomina tradit, ne vnus quidem viri mentionem facit, præter legatos Athen. Spartanorumque; quos tamen hic non intelligi, constat ex eo quod statim diserte sequitur; præter hos, vrbiu Græcarum legatos. His ita præstructis confidenter lego; nobilissimorum virorum prætorum Darij &c. nec est vt moueamur eo quod infra n. 10. refertur: ille cultus tot nobilissimorum virorum: nec enim sequitur ipsos adfuisse; imo restantum suas eo misisse; nemine id dedecus subituro, vt dum Rex cum hoste decernit, ipse interim muliebri more alibi delitesceret. Vide Herodot. 7, 17.

3, 13, 7. HVMVS RIGEBAT GELV) Vide supra ad 3, 8, 23. oriente luce. Ceterum quædam hic bene emendat Acidalius, cuius verba adscribo. Abundare tum videatur, quod addi non solet, nec debet quidem semper. Astrictæ autem vestes non male sanedicuntur: imbibit tamen, & altius, quam vt refundere possim, non ad vestes eam vocem referendam, sed ad humum: atque ita ex animi sententia rescribo: & humus rigebat gelu tum adstrictæ vestes, quas cum pecuni. Doctis hoc probabo: de vulgo nunquam laborabo.

AVRO ET PURPURÆ) Hæ enim vestes non ab ipso tantum Rege, sed & proceribus eius gestabantur, vnde Purpuratorum nomen. Sane apud Constantinop. Imp. purpuræ vsu interdictum fuit priuatis, idque innumeris constitutionibus, vt affirmat l. fin. C. de vestib. holoberis lib. XI. qua de causa etiam in l. 7. C. de excusat. mun. lib. X. Purpurarij dicuntur inferuire deuotioni Principis. Certe tempore Nicæ-

Nicephori Phocæ cum legatus Ottonum Luitprandus purpuras pro heris suis coemisset, noluerunt Græci concedere ut promiscue exportarentur, sed misso qui inspiceret, separari iusserunt, ipsorum verbo, *τὸ καὶ ὁμοῦ*. Luitprand. in legatione. De isto autem vestium Persicarum luxu consule Brissonium lib. 2.

INDVNT) Non audiendus Raderus, qui emendar: conatur, induerunt. est enim frequentissima hæc probatissimis scriptoribus temporum enallage.

FORTVNA REGIS) Expertus hoc est Regum maximus David, cum Absalonem fugeret 2. Sam. 16. Sic & Persæ à Rom. victo, quidam ausi sunt media ex concione suclamare, *Abite hinc, ne, qui paci superstitus, propter vos pereamus.* Factum id Amphipoli, Liu. 44. 45. 10. Sic apud Nicetam Imp. Manuel à Persis valde pressus, aquam è præterfluente fluuio hausit affert sibi iussit: qua summis labris gustata, & estusa, quod ex insuauis sapore, tabo infectam cognouisset, cum suspirio: *Infelicitèr, inquit, Christianorum sanguinem libans.* Ibi quidam audax & importunus homo, & illo acerbissimo tempore acerbior: *Non nunc, inquit, Imperator, non nunc primum, sed olim, & sæpe, & ad ebrietatem usque Christianorum sanguinem hausisti, dum pauperes subditos exactionibus rexas & deglubis.* Eum conuiciatorem Manuel ita æquo animo tulit, ac si surdus esset: & cum vidulos in quibus signata pecunia erat, à Persis diripi & effundi videret: Romanos hortatus est, ut impetu in barbaros facto, pecuniam illam ipsi potius debitam arriperent. Tum rursus idem ille impudenter in Imperatorem inuictus: *Utro, inquit, ista prius Romanis danda sunt, non nunc, ubi cum difficultate & sanguine paranda est.* Quod si vir fortis est, ut gloriatur, & clamoris postulat, in raptores Persas impetum faciat: usque fortiter caesus, rapinas recuperet. Tacuit & ad ea verba hominis importuni Manuel, sine ullo murmure, non secus atque olim David Semis intemperias tulit. Locum prolixiorum lubenter adscripsi, quod contineret exemplum haud vulgaris patientiæ in summo Principe. quem qui conuiciantur, male quidem illi, & poenæ illos suæ inuenient: sed & Principes hinc cogitent, cum omnia incerta, quantoque plus adeptus quisque, hoc magis in lubrico sunt, ita sibi instituenda esse omnia, ut in vtraque fortuna, firmum in animis atque fide subditorum habeant præsidium. Vide omnino Gruterum discurs. 31. in Tacitum. Contraria autem sententiæ & exemplum est infra 3, 13, 17.

3, 13, 9. OMISSIS ILLIS) Ita voluit Acidalius, & iuuatur multum Codicum auctoritate: alii tamen haud minus recte delent illis. nam eo inducto, tamen habet vox omiffis, quo referatur. ut supra 3, 1, 24. *adsumptis.* Ceterum elegans Parmenionis strategema recenset in hoc opere Polyænus lib. 4. nam cogitans se non posse conseruare tantam impedimentorum multitudinem, si calones barbari se fuga traderent, missis ad eos tribus equisum turris, promulgauit: *Quicumque non propriis manibus sua iumenta apprehenderit, trucidabitur.* Hanc promulgationem verius barbari, ipsi ad iumenta accesserunt, & impedimenta transportarunt. paulum à Curtio dilectiens, qui illa direpta vult à militibus: nam Arianus neutrum aperit tradens, magis tamen inclinare videtur ad sententiam Polyæni, ex cuius verbis præcedentibus deforme mendum tollo. narrat enim nobis Parmenionem missum fuisse Damascum ad impedimenta pedium, *καὶ τὰ δὲ πῶδες τῶν πεζῶν.* quis non videt auctorem scripsisse *τῶν πεζῶν*? ut non sit exponendum pedium, sed Periarum.

3, 13, 10. SIMVLANS) Fauem codicibus, si qui hanc vocem deleant: quæ est ipsa expositio verborum: quasi & ipse conterritus. Idem iudicium est de voce *ingeni* quæ stipendio adglutinatur, quam utique non vereor ne Curtius agnouerit. Vide simile apud Ioseph. pag. 1028. p. Edit. Græcolat. & Liu. 22, 22, 18. *velut ignarus in præparatas sua fraude insidias ducit.*

APREI FRÆNI) Notissimum est, & à Brisson. lib. 1. p. 97. &c. & lib. 3.

P. 323. &c. traditum, apud Persas multa eiusmodi auro solida fieri consueuisse, insequentibus etiam temporibus. vnum tamen hic adnotandum duxi, quod mihi quidem maxime mirum est visum, pugionem totum aureum Comitis Persici, quem occiso creptum scripsit Cedrenus in anno XVII. Heraclii. lego tamen & acinaces aureos apud Xenoph. pag. 266. C. Adde eundem pag. 249. B. Maccab. 1. 6. Glabrum Rodolphum Hist. Franc. 4. 7. Dionys. Afrum, vbi de Persepoli. *Ὅμοια τὰς πέποιος ὄμοια ἰσχυρὰ δὲ οὖν.* Quibus summopere Persas studere aiunt. Dio Chrystost. Orat. 2. vbi dicit Homerum quoque non probare eiusmodi ornatum in bellis. Id autem istis nationibus aliter placuit. Sed & nunc antiquum obtinent: quomodo & de Turcis constat, & praefertim in prelio. Varnensi, *aurea equorum frena multorum visa, & multis galearum argenti atque gemmarum nitore ipsas quoque gladiorum vaginas praegrandes unione ornabant.* Aeneas Silvius hist. de Europa c. 5. De scutis aureis adde Maccab. 1. 6. Xenoph. *ἀναβάς.* lib. I. vbi de Syenne, & iterum vbi de Artapata. Dionys. perieg. v. 1059. sed & Glaber Rudolph. Hist. Franc. 4. 7. eiusmodi ornatum apud Sarracenos in vsu fuisse memorat.

3. 13. II. *INGENTIS OPULENTIÆ*) Alii male legunt *gentis*: peius etiam explicant; Syrae ditissima: quasi istae opes Syrorum non Persarum fuerint.

FACIES ETIAM PRÆDANTIBVS) Imitatus est insignem sententiam, immo totam hanc descriptionem, Lud. Tubero Comment. de suis tempor. lib. 1. sub. fin. *Post hoc prælium, vi solita in huiusmodi euentu humanarum rerum ludibria omni ex parte ederet fortuna, suppellex iam priuata, quam regia prædæ data, facies etiam externis, & his sensuissimis hostibus commiserationem simul, & indignationem motura; modo abesset auaritia. Quippe vestis preciosa Regis &c.* Libenter adnoto eiusmodi imitationes recentium, cum simul & dignitas antiquorum scriptorum hinc deprehendi possit, & vtilitas. quin &, ex ipsa comparatione, maiestas.

FIDEM EXCED. FORTUNA) Fortuna hic non idem est quod opes, aut diuitiae; sed quod successus prosper, & perpetua felicitas. Designat magnitudinem opum earum hoc argumento, quod & multis annis, & rebus ex voto fluentibus collectæ fuerunt: vnde facile quilibet colligat: vtique fuisse maximas.

3. 13. 12. *FEMINÆ*) Præter illas quæ hic memorantur nobilissimæ, fuerant & aliae: nam Parmenio ad Alex. scripsit: *captas pellices regias, quæ calcerent musicam, trecentas viginti nouem.* Exiat excerptum. eius. epistolæ. apud Athenæum. lib. 13.

PARVOS TRAHENTES LIBEROS) Paruuli enim parentum passus æquare non poterant, eoque tracti potius quam ducti. Virgilius *Æn.* 2. 723.

dextra se paruis lulus

Implicuit, sequiturque patrem non passibus aenis;

& 2. 320. *Sacra manus, victorque Deos, paruumque nepotem*

Ipsè trahit. - - Raderus.

OCHI) Tametsi liberi ei complures attribuantur, & coniugem vna cum filiabus aliquot captam hic affirmet Curtius; nominantur tamen soli, Arsames, Bisthanes, & Parysatis. Cum Diodorus hoc quoque impugnans, fratres Arsamis, qui iam iuuenes essent, ad vnum omnes cæsos à Bagoa, dicat. Interim genitam fratribus hinc reor Elliam *ἑσθέρων*, quæ nupta Hytapsi propinquo, cum post victum Darium inter captiuos conuiuiorum ludibrio adhiberetur, & pudore formaque Alexandro ad genus ipsius percontandum, occasionem præbuisset, dimittitur honorifice, & facultates:

tes suas retinere, & redire ad maritum iubetur. Curtius 6, 2, 7. Arfames successit patri, sed post quadriennium à Bagoa extinguitur. Bisthanes contulit se in fidem Alexandri, & fugam Darii ex Ecbatanis illi nunciat. Arrian. 3, 4, 12. Paryfatis ducitur in matrimonium ab Alex. nuptiis regio luxu Susis celebratis. Arrian. 7, 1, 18. Hæc Reineccius in regno Persico.

CONIUNX ARTABAZI) Hanc eiusque luxum memorat Clearchus Solensis apud Athen. lib. 6. ubi dicit ei, nec non vxori Mentoris (cuius filia hic etiam capta) fuisse mulieres Climacidas appellatas: ideo quod illis à quibus fuerant accersitæ quiduis adblandientes, & obsequentes, pro scalis offerebant ita seipias, ut per earum tergum in currum quo rehebantur, domina conscenderent, ex eoque descenderent. Subjicitque his modis cum antea mollissime vixissent, dura tandem vitæ sorte consensisse, amissis fortunis omnibus in Macedoniam traictas. Vnde non obscure apparet, de hac femina, deque hac eius captiuitate Clearchum intelligere. errauit ergo vir doctus ad Athenæum, qui ea referenda putauit ad vxorem Artabazi Armeniæ regis cuius meminit Plutarchus in Crasso. Non ita iudicasset si meminisset, verba quæ apud Athenæum eo loco referuntur, esse Clearchi Solensis, qui vt Alexandri temporibus vixit, quippe Aristotelis discipulus, ita longe prius diem obiit, quam Artabazus ille Armenus nasceretur.

3, 13, 14. **MEMNONIS CONIUNX**) Quam cum liberis pro obsidibus Persiæ transfuderat. Diodo. 17, 23. quod prius fecerat Nicostratus Argiuis apud Theopomp. lib. 18. histor. quem citat Athenæus lib. 6. Sed coniugi Memnonis nomen fuisse Barsine, pater Artabazus, cuius modo facta mentio, à Plutarcho Alex. cap. 36. traditur: ubi nupsisse dicitur Alexandro. Sed & Iulianus 11, 10, 2. tradit ex Barsine natum ipsi fuisse Herculem, quomodo & noster infra 10, 6, 11. neuter autem patrem eius commemorat. vt sic æqua videatur futura pugna Plutarcho Arrianoque. nam hic Barsinen Darii, non vt ille Artabazi filiam facit, cum eius nuptias narrat 7, 1, 18.

3, 13, 15. **LACEDÆMONII QVOQVE**) Videtur Curtius in vnum confundisse, quæ diuerso tempore acciderunt. nam Arrianus, cui plurimum in hac historia tribuo, ad Damascum captos prodit Græcorum legatos, qui ad Darium ante prælium aduenerant. sic ille auctor 2, 3, 21. Euthyclem Lacedæmonium, Thessaliscum Imenia filium, & Dionysodorum Olympionicem Thebanos: Iphicratem autem Iphicratis filium, copiarum ducem (nisi tamen legendum ducis στρατηγῶν, pro στρατηγῶν) Atheniensem. Iterum 3, 5, 10. post pugnam ad Arbela in Mardis reperisse Alexandrum Lacedæmoniorum legatos qui ad Darium missi fuerant. hierant Callistratidas, Pausippus, Monimus, Anomanus; ac Dropides Atheniensem, quos comprehensos in custodiam tradidit. quæ sâne nomina non minimam cognationem habent, cum iis quæ in Curtii codicibus leguntur, quos inde emendari posse autumo: Callicratides, Perisippus, Omaius, Onomastorides, & partim, ubi allipulabantur variæ lectiones, aut ratio firmior, emendauit. Diuersis ergo temporibus hi legati capti sunt. quorum occasione in Arriano 2, 3, 23. corrigebam ista de Lacedæmone: πόλιος περιφανῆς, ἰχθῆας, vt legatur: πόλιος περιφανῆς ἰχθῆας: quomodo tamen & legisse videntur interpretes, qui reddunt: quod ea vrbis tum temporis manifestas cum Alexandro inimicitias gereret.

ARISTOGITON) An ille fuit in quem Demosthenis duæ extant orationes? ita videtur. Raderus.

IPHICRATES) Alii Eleutherius: sed plurimi codices vestigia referunt veræ lectionis, quam auctoritate insuper Arriani nixus, intrepide recepi. Huius Iphicratis (verba sunt Raderi) pater est ille clarissimus Atheniensium dux, quem certatim laudant omnes scriptores: Latini, Probus, qui & vitam huius composuit, quæ hodieque legitur, Frontinus passim in Stratagematis, Seneca Rhetor: Græci,

Diodorus Siculus, Arrianus, Elianus, Polyæmus, Æschines, Aristot. 1. Rhet. Plutarchus ἀποφθεγ. ἐρατηζῶν. Suidas, Xenophon ἀπὸ ἰδίωνων, alii.

P. AVSIPPVS) Omnino si rescribendum fuisse credent, qui & Arrianum sic vocare, & hoc nomen Græcum esse, & Curtianos codices eo alludere considerabunt. eisdem fere de causis pro *Omaio* scribendum putavi Monimo, quo nomine circa eadem tempora fuit & alius Pythionis filius, in quem Panticam Cypriam formosam, sed petulantem, in vxorem ducturum, nobile Olympiadis apophthegma, oculis cum, non animo nec ratione vxorem ducere, apud Athenæum lib. 13. legitur. Fuit & Mithridatis vxor an pellex *Monima*, Appian. in Mithridatico. Fuit & Monimus quidam Cynicus, tempore M. Antonini, cuius meminit Imperator iste lib. II. τῶν αἰσ. ἰσωτῶν. Certe si illa duo verba cum *Monimo*, simul pronuncientur, aut dicentur, facile quilibet scriba exaudiat vnicum modo *m*, qualia sphalmata innumeris locis honorum auctorum, hac vna occasione commissa fuisse, manifestissimis indiciis multoties deprehendi: vt ita facile pro *Monimo* scribi potuerit *Onimo*, quod nomen cum *Omaio* eisdem fere literarum ductus habet, adeoque paulo negligentius scriptum, aut alio quo casu obscurata scriptura, facile sic legi potuit. Quin & *Callieratidem* fere eliminabamus, si Græciam tam parum saperet, quam superiora.

3, 13, 16. *PECUNIÆ SIGNATÆ*) Quoniam pecuniæ signatæ sæpius facit mentionem Curtius, non omiserim quo notæ genere Persæ nummos signabant, ostendere. Persæ quidem nummis aureis Darii forma percussis vtcebantur, qui, quod Darii imaginem insculptam haberent, *Darici* dicti sunt. nam cum Darius nominis sui memoriam insigni aliquo opere ad posteros transmittere vellet, ex auro purissimo monetam percussit. *Darici* autem *aurei stateres* erant. Helychius, *Darici, stateres aurei appellati sunt (vt quidam aiunt) à Dario Persarum Rege*. Persarum etiam nummos sagittarii nota signatos fuisse, & sagittarium diei numisma Persicum, elegans illud Ageilai dictum declarat, quem cum magistratus Lacedæmoniorum ex Asia reuocaret, ferunt discedentem ad amicos dixisse, *se triginta sagittariorum millibus ex Asia à rege Persarum expelli, hac enim nota erat Persicum numisma*. Tot enim delatis Athenas & Thebas, diuisisque inter illos quorum summa esset in ciuitatibus auctoritas, bellum in Lacedæmonios totius Græciæ concitarunt, vt Plutarchus in Agefilao cap. 25. & Artaxerxe cap. 31. refert. Herodotus in Thalia stateras quoque Persicos nummos fuisse auctor est, cum Democedi medico phialam stateribus plenam dono à Darii vxoribus datam narrat; qui iidem & *Darici*, vt idem Pythii Lydi opulentiam memorans 7, 27. refert. At stater quadratum nomisma erat, vt Suidas ait. Procopius lib. 3. de bello Gothico tradit, posteriorib. temporibus Persarum Regibus argenteum tantum, non item aureum nummum, nota sua figuratum, percutere licuisse. Popma.

TALENT. DVO MIL. ET SEXCENTA) Alii sexaginta: sed illud præter nostros, etiam Budæus in membranaceo legisse testatur l. 4. de Ais. quæ Raderus si talenta Attica intelligantur, ad 1560000. philippicorum; si Babylonica, vt fuisse verosimile est ipsi, ad 1820000. computat. Mihi tamen Arrianus suspicionem facit, longe maiorem pecuniam ibi fuisse repertam. scribit enim 2, 2, 39. *Darium maiorem pecuniarum partem misisse Damascum, imo Curtius 3, 8, 12. pecuniam omnem: qui idem toto hoc capite magnitudinem eius mire exaggerauit: adeo, subiungit Arrianus, vt in exercitu ultra tria millia talentorum inuenta non fuerint*. Scilicet cum omnia hoc genus corruptioni sint obnoxia, in nullam fere scriptorum partem plus fortunæ sicut, quam in numeros; quod cum multis aliis, conqueritur Altissiod. Chronologiæ auctor, his verbis: *Nihil auge facile, vel antiquitas variat, vel scribentium manus imperita deprauat*. Facile ergo intelligi potest maiorem multo summam fuisse repertam, vt apud regem

regem prædiuitem. vide Brisson. lib. 2. p. 221. & Budæum lib. 4. de Aſſe, & qui ad quingenta hominum millia in exercitu habens, eorum ſpendio hanc pecuniam præparauerat, vt loquitur Curt. ſupra 3, 13, 10. niſi quis forte dicat, exteros tantum mercede militaſſe; Perſis, & qui ſub imperio eorum erant, præter victum, nihil fuiſſe collatum. nam hoc nondum fatiſ mihi comperum, in medium relinquam.

FACTI ARGENTI) Optima ſcriptura, quam tamen mutauerunt, in facile argenti. factum argentum quid ſit, dixi ad Flor. 1, 18, 22.

3, 13, 17. **SEPULTURÆ**) Religio fuit omittere vocem, quam omnes Mss. plurimique impreſſi retinere dicuntur. vt enim corrupta ſit, certe non temere huc inuaſit, & ſananda potius videtur, quam recidenda. ego tamen id præſtare non poſſum, niſi forte cui placeat, quod nec mihi omnino: *Dy tanta fortuna prædiorem vlturi*. nam ſepultura vocem ſi quis retinet, non intelligit, plus in ea præmii gratiæque inſe, quam pœnæ.

4, 1, 1. **DARIUS**) Eximia hypotypoſis ſuperbæ potentiæ iuſto DEI iudicio euerſæ. Confer cum hoc exemplo Juſtin. 2, 13, 10. de Xerxe, & Flor. 4, 2, 51. de Pompeio.

TRIVMPHANTIS) Alludit Romanum morem. nam ibi inter inſtrumenta triumphi fuit & curruſ aureus ex inſtituto Priſci Tarquinii, vt auctor eſt Florus 1, 5, 6. Vide qua notat Dempſterus ad Antiquit. Roſini 10, 29.

4, 1, 3. **VNCHAS**) Alii libri *Vnchas*, alii *Onchas* nominant. eſt locus inter pylas Amanicas & Thapſacum, fere medius, bidui itinere abeſt à pylis Amanicis. Sochos Arrianus 2, 2, 34. haud dubie appellat. Nam cum Darii expeditionem in Ciliciam deſcribit, ab Euphrate Sochos perueniſſe dicit: *Eſt iſſe Aſſyria locus ab anguſtiis, ſeu pylis Aſſyria bidui itinere diſſimur*. Raderus.

GRÆCORVM 4000.) Arrian. 2, 3, 7. Græcos barbaroſque hoc numero fuiſſe in vniuerſion tradit.

4, 1, 4. **PARMENIONEM**) Non Parmenio, ſi Arriano 2, 3, 12. fides habenda, ſed Menon præfectuſ eſt Cœleſyriæ ab Alexandro, Cerdimas cognominatuſ, qui poſtea deſecit ab Alexandro in Thracia, vt noto lib. 6. initio. Loeceniuſ. Credo Curtium propter affinitatem iſtorum nominum aut memoria lapſum, aut forte vitioſo exemplari vſum, pro ignotiori Menone ſcripſiſſe nobiliſſimum Parmenionem. quem errorem ſemel eratuſ, non mirum eſt eum tueri infra 4, 5, 9. Certe diligentia Arriani tam alibi plurimum tribuo; tum hic ab errore remotior em eſſe, perſuadeor eo, quod non contentuſ proprium præfecti nomen exprimere, etiam cognomen addidit.

SYRIÆ QVAM COELEN VOCANT) Syria pluribus diſtincta nominibus. Pomponiuſ Mela 1, 11. Syria, inquit, late littora tenet, terraſque etiam latiuſ introſuſ, aliis aliſque nuncupata nominibus. Nam & Cale dicitur, & Meſopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonica, & Iudæa, & Sophene. Pliniuſ 5, 12. Syriam terrarum maximam vocat, pluribus diſtinctam nominibus, & vndecim regiones ſub ea comprehendit refert, quamvis ab aliis arctioribus limitibus conſtringatur. Scripſit Syriæ deſcriptionem Gulielmuſ Poſtelluſ. Popma. Hanc autem Cœleſyriam Strabo lib. 16. ita deſcribit, vt eam oculis, quamvis abſentes, & toto pœne orbe diuiſi tangere videamur: *Duo montes ſunt, qui Syriam concavam* (hoc enim eſt Cœleſyria) *includunt, Libanus & Antilibanus*. Pergit deinde exequi cetera, quæ apud illum cognosces. Cava ergo dicta eſt, quod quaſi quædam ampliſſima vallis inter duos montes ſita ſit. Plin. 5, 20. Libanus & Antilibanus olim muro erant coniuncti, vt Cœleſyria eſſet vndique clauſa. Raderus.

4, 1, 6. **STRATO**) Non eſt hic idem cum Stratone Sidoniorum Rege, de quo